IV











1362, dnia 1 sierpnia, w Żarnowcu.

Kazimirz król Polski urządza stosunek sukienników lelowskich do sukienników skądinąd na targi lelowskie przybywających.

Nos Kazimirus dei gracia Rex polonie presentibus recognoscimus publice protestando. quod attendentes. quomodo et utilitate Ciuitatis nostre Lelouiensis et Ciuium eorundem et specialiter officij Lanificum ibi ex quibus dante domino ipsis et eorum posteritati succedente tempore honor et fructus non modicus poterit deuenire. Quorum precibus tanquam iustis in hac parte fauorabiliter inclinati. De et super hijs que coram nobis et nostra Baronia proposuerunt de mercatoribus pannorum aliunde et vndecumque veniencium ad Ciuitatem Lelouiensem predictam in eorum et dicti officij Lanificum Iure maxime preiudicatiuo super quo et alijs eorum necessitatibus nobis expositis eisdem succurrere cupientes taliter ordinando pro eadem Ciuitate et officio Lanificum predictorum ac vtilitate communi duximus proinde diffiniendum. ne quis de aduenis seu hospitibus et mercatoribus pannorum undecumque veniencium. cuiuscumque status gradus uel condicionis extiterint. die fori ipsorum publico quolibet feria quinta semel in septimana per tocius anni circulum. et deinceps per omnes annos .... subsequentes continue et de consuetudine antiqua et laudabili more dicte Ciuitatis obseruando alterius valoris stamen siue pannum integrum quam vnius sexagene – et non infra valoris inchoare seu intaminare ad inscidendum per vlnam vel vlnas aut particulariter seu diuisim audeat. uel presumat tacite uel expresse. per se uel alium seu alios eciam palam publice uel occulte in preiudicium prefate Ciuitatis et officij Lanificum predictorum. et ne ipsi Lanifices inferiorum pannorum valoris eorum orbentur officio. qui hactenus ex eo consueuerunt cum utilitate commodum reportare. Sed predicti hospites et aduene superuenientes vndecumque ad Ciuitatem predictam preciosiores

pannos et meliores cuiuscumque generis fuerint et coloris dum modo non sint infra vnius sexagene grossorum valorem. sed vltra cuiusque vendere et inscidere ac eciam ibidem adducere valeant licite et libere. secundum eorum libitum voluntatum ipsis et eorum cuilibet facultatem concedimus premissorum contrarium non ausuri Si quis vero contra predictam nostre ordinacionis et statuti diffinicionem fecerit. aut eam ausus fuerit preterire. predicta stamina que apud eum in foro publico aut alibi reperta fuerint. et omnia bona sua. que in presenti habet. aut in posterum habiturus est. se nouerit perdidisse. Datum in Zarnouiecz feria secunda que fuit dies beati petri ad vincula. Sub anno domini Millesimo Tricentesimo sexagesimo secundo. Et in huius rei testimonium ac euidenciam pleniorem omnium premissorum. Sigillum nostrum minus presentibus nostris litteris est appensum. presentibus hijs testibus domino Ioanne Castellano Cracouiensi. Domino Nicolao Iudice et domino Andrea subiudice Cracouiensibus. et domino Sbigneo. et alijs fidedignis.

Powyższy przywilej zatwierdził Zygmunt I w Krakowie feria quarta intra octauas Visitacionis Beatissime virginis Marie 1512., z którego to zatwierdzenia tekst niniejszy podajemy. Przywilej Zygmunta I pargaminowy, niegdy był opatrzony pieczęcią króla snać na pasku pargaminowym zawieszoną. (Zb. mój)

 135

Fr. Andreas abbas monasterii de Lubin 1363 Jan. 25, Lubin;

2

In nomine Domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi fuerint litterarum testiumque munimine roborata. Proinde nos frater Andreas, Dei gracia abbas monasterii de Lubin Ordinis sancti Benedicti, de consensu fratrum nostrorum considerantes industriam domini Andree civis de Rawa contulimus sibi mericam iure theutonico ad locandum, cui et suis liberis natis ac nascendis racione locacionis sex mansos liberos non pariter sed separatim dedimus in eadem tercium denarium de omni re iudicata, iuramenta ex integro, tabernam, pistrinum, macellum carnium, sutoriam et fabrum. Villani possidentes eandem hereditatem duodecim annis habebunt libertatem, qua ewlsa de quolibet manso quilibet eorum tres modios frumenti, modium tritici, modium siliginis et modium avene et sex scotos usualis monete in die beati Martini domino preposito Giezoviensi dare tenebuntur, prefatus vero scultetus et sui posteri preposito dicti loci servient in equo valente mediam alteram marcam grossorum. Hanc donacionem domino Andree nominato et sue posteritati presentibus imperpetuum confirmamus. In huius rei evidenciam pleniorem sigilla nostrum nostrique conventus et Przeczslai prepositi Giezoviensis presen-

tibus

tibus sunt appensa. Actum et datum Lubin in Conversione beati Pauli Apostoli, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio, presentibus his Bartholomeo custode, Swlislao preposito de antiqua Gostina, Nicholao et Victore fratribus, Wadimiro herede de Bichewo, Alberto de Wlawie et Petro plebano Lubinensi et aliis quam pluribus fidedignis.

[Perzanowski, nr 84]

136. pag. 126 b.

Andreas abbas Lubinens. 1363 Iul. 25, Labyni

3

In nomine Domini amen. Quoniam acta et voluntates hominum sepe solent variari, nisi fuerint testium subsidio scripturarumque suffragio lucide roborata, noverint igitur universi presentes et posteri presens scriptum inspecturi, quod nos Andreas, divina miseracione abbas Lubinensis, una cum conventu fratrum nostrorum ex bona deliberacione dedimus pro locacione scultetiam in hereditate nostra que Lagowo wlgariter nuncupatur iure theutonico locandam viro provido et honesto Sulconi, sibi suisque filiis legittimis progenitoribus natis ac nascendis, ut advocatis incolis ipsam habeat perpetue ac hereditarie possidendam. In ipsa damus hereditate sibi et suis posteris liberum mansum cum dimidio, tabernam, pistrinum, macellum carnium et panis, fabrum, sutorem, de iudicio tercium denarium, iuramenta, resignaciones, duos ortos et pratum circa lacum Lynowe. Nobisque serviet cum equo valente marcam grossorum cum fertone. Sibi eciam de nostra voluntate damus potestatem obligandi, alienandi secundum sue libitum voluntatis. Incolis autem damus in prefata hereditate decem annis libertatem plenam de nostro censu, qua evoluta prefati villani nobis et successoribus nostris singulis annis censum solvent quilibet eorum de quolibet manso quatuor mensuras siliginis, duas tritici, tres avene et mensuram humuli et fertonem pro decima. Circa tria generalia iudicia nobis duo prandia kmetones dent, tercium vero scultetus, vel pro quolibet quinque scotos. Ter in anno nobis arabunt. Ad Nativitatem Cristi nobis dabunt latus

carnium

carnium vel quinque scotos, ad festum Pascalis (sic) quilibet eorum triginta ova, ad Nativitatem beate virginis Marie iam dicti villani nobis dabunt de qualibet curia per duos pullos. Et ne donacio nostra pacta vel promissa temporis vetustate aut memorie labilitate atterantur aut annullentur vel parte vel in toto, harum ? recognoscimus cui nostro et conventus nostri sigillis subappensis testimonio literarum. Datum Lubyn in festo sancti Jacobi Apostoli sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio, presentibus his testibus, domino Johanne canonico Poznaniensi plebano de Ostrowyeczno, Petro plebano de Lubyn, Nadymiro herede de Bielyewo, Alberto herede de Lagowo et aliis quam pluribus fidedignis.

[Perzanowski, nr. 85]

137 Pag. 128 b.

Fr. Andreas abbas etc. monasterii Lubinens. 1363 Nov. 8, Lubyn.

4

In nomine Domini amen. Cuncta que aguntur simul cum tempore corruunt et labuntur, nisi scripto vel bono testimonio fuerint roborata. Noverint igitur universi presentes et posteri presentem litteram inspecturi, quod nos frater Andreas, divina miseracione abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubiniensis cupientes bona nostra in melius reformare hereditatem nostram Wonyeszziecz wlgariter dictam in magnos mansos locando Nicolao fideli nostro servitori filio quondam Petri sculteti ibidem confirmamus et presentibus conferimus sibi et suis posteris eandem sculteciam cum omni iure quo predecessor suus tenuit, videlicet tercium dimidium magnum mansum cum duobus ortis et pratum quod iacet a dextris viam(sic) que ducit versus Gnyewowo ?utrusque ibidem in Gnyewowo et tabernam, pistrinum, macellum, sutorem, fabrum, de iudicio tercium denarium, resignaciones, iuramenta ex toto. Ipse autem scultetus et sui posteri nobis et successoribus nostris servient in equo alteram dimidiam marcam valente. Permittimus sibi gregem ovium in numero trecentas habere oves. Incole vero predicte ville nobis et successoribus nostris censum dare tenebuntur singulis annis de quolibet magno manso pro frumentis et aliis solucionibus vacce, bovis et porci duas marcas dare tenebuntur, exceptis tamen his qui nos honorare debebunt singulis annis de quolibet magno manso ad diem Pasce triginta ova et universitas unum latus carnium pro uno fertone grossorum, in Nativitate

vero

vero Domini unam pernam pro quatuor scotis et de quolibet manso per duos pullos. Arare etiam nobis debebunt memorati villani tres dies in quolibet anno, unum ad estivalia et duos ad hiemalia. Et ad tria generalia iudicia que ibidem sumus celebraturi scultetus nobis unum prandium dare tenebitur aut ferlonem, tunc kmetones de duobus prandiis liberi sint et soluti. Et ne in processu temporis sub hac confirmacione dubitetur, presentem litteram conscribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborare. Datum et actum Lubyn in octava Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo tercio, presentibus his testibus: Petro plebano de Lubin, Herwordo de Sczodrochowo, Petro advocato de Crzywyn, Jacobo sculteto de Gnyewowo et aliis quam pluribus fidedignis.

1363.

Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie et Bolko eadem gracia dux Slezie et dominus Swidnicensis, notum facimus, quibus expedit, tenore presencium vniuersis, quia serenissimus princeps et dominus Karolus quartus, diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex, ac illustris princeps dominus Iohannes marchio Morauie ab vna, et serenissimi principes domini Lodouicus rex Vngarie, Rudolphus ceterique sui fratres, duces Austrie, parte ab alia, super omnibus eorum controuersijs, contencionibus seu displicencijs, quas inter se hinc inde vsque in diem presentem habuisse noscuntur, in nos tanquam in arbitros seu amicabiles compositores alias compromiserint, vt in litteris eorum nobis super hoc traditis, plenius est expressum. Quocirca virtute arbitrarie potestatis nobis, vt premittitur, tradite vna cum voluntate, dicimus et pronunciamus in his scriptis, quod dicte partes ab hodierna die in antea in perpetuum super omnibus dissensionibus, controuersijs et displicencijs, que inter ipsos huc usque viguerint, boni amici debent fideliter remanere, dolo et fraude quibuslibet procul motis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Cracouie in vigilia beate Lucie virginis gloriose, anno MCCCLXIII.

Brandl: Cod. dipl. Moravie, T. IX, N. 326
(Steyerer Com. p. 375, Kalona X, 323)

[Wierzbowski, T. 3, nr. 38. Reg.] 16

Predborz. a. 1364 d. 7 Septembris.

Casimirus rex Poloniae Nicolao cmetoni advocatiam in oppido Szczercow variis cum immunitatibus vendit Ks M 33 272.

1364

In nomine domini amen. Quod magnifica Regum decrevit fierj auctoritas ratum atque stabile debet perpetuo permanere. Noverint igitur quibus expedit universi quod nos Kazimirus dej gratia Rex Polonie ac terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie pomeranie Russieque dominus et heres bona Regni nostri ampliare cupientes et presertim advocatiam nostram in Szyrczow Nicolao quondam de Corablijow Cmetonj nostro fideli ex certis causis pro sexaginta marcis grossorum pragensium quadragenta octo grossos marcam facientium in fluvio wlgariter dicto Wydawa prope Schadek situato Jure hereditario vendidimus et tenore presencium perpetue vendimus damus assignamus et resignamus Jure Theutonico scilicet Sredensi ratione cuius advocatie eidem Nicolao et suis legittimis successoribus damus tres mansos liberos inter alios mansos mensurandos in agris tam cultis quam incultis quos (..............) poterit jure theutonico predicto habebit itaque idem Advocatus tercium maccellum carnificum et terciam mensuram panis et sutoris et mactorum dictum wlgariter (.....) cum Balneo libero et area et tribuimus predicto Advocato Molendinum liberum antiquum in fluvio dicto Czyeczyczestnijcza cum piscina adiacenti ac cum libera piscatura. Ceterum habebit antedictus Advocatus tercium denarium de Judicio et de omni re iudicata per ipsum Advocatum cum suis successoribus legittimis jure hereditario libere perpetuo tenenda, habenda, possidenda commutanda, donanda vendenda

brak nabele]

nostro tamen et successorum nostrorum de consensu et pro sua voluntate cum universis libertatibus ipsius advocatie convertenda Ita tamen quod advocatus predictus et quo pro tempore fuerit nobis et nostris successoribus ad quamlibet expeditionem generalem more terre Siradiensis servire sit astrictus. Insuper decernimus quod elapsa libertate prout in alia litera continetur quilibet Incola de manso solubili per tres scotos grossorum Boemicalium pro censu nobis et nostris successoribus pro decima vero cui de Jure debetur per tres scotos grossorum predictorum solvere sint astricti. Ut autem predicta civitas eo forcius in suis Juribus roboretur extunc eidem Civitati Advocato Civibus et omnibus in Civitate et ante Civitatem degentibus jus Theutonicum predictum Sredense damus perpetuo ibidem duraturum removentes ibidem omnia Jura polonicalia que ipsum Jus Theutonicum perturbare consueverunt. Eximimus quoque absolvimus et penitus liberamus advocatum Cives et omnes Incolas predictos ab omnibus juribus ruris ditionibus potestatibus et penis omnium palatinorum Castellanorum Judicum Subiudicum et quorumlibet officialium Regni nostri ita quod coram ipsis minime respondebunt sed tantum Cives et omnes Incole coram suo Advocato Advocatus vero coram nobis dum tamen per literam nostram

evocatus fuerit tunc de se querulantibus iure tantum suo Theutonico pro quibusvis causis magnis et parvis puta furti homicidij sanguinis membrorum mutilacionibus et alijs quibuscunque respondere tenebuntur. Causas autem superius expressas et omnes alias memorato advocato et scabinis ad hoc specialiter deputatis plenam et omnimodam concedimus facultatem forma tamen iuris Theutonici in omnibus observata. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum in Przedbor in vigilia nativitatis beate Marie virginis. Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto. Presentibus

Chebda Palatino
Swentopelcone Castellano Sirad[i]ensibus
Petro Castellano Spicimiriensi
Floriano Castellano Lanc[i]ciensi
Senkone Cive Predborensi
Iaroslao Capitaneo Piotrcoviensi

et alijs multis fide dignis.

8

Siradiae 1365 d. 9 m Februarii

Casimirus rex Poloniae Alberto cuidam advocatiam villae Bogumilowo variis cum privilegiis vendit. ksck. 57/306.

[Wierzbowski, T. 4/3, Suppl., nr. 229. Reg.]

1365. In nomine domini amen. Quod magnifica regum decrevit auctoritas ratum atque stabile debet perpetuo permanere. Noverint igitur presentes et posteri quibus expedit universi, Quod nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie ac terrarum Cracovie, Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie Pomeranie Russieque dominus et heres, bona Regni nostri ampliare cupientes ac nunc villam nostram dictam in vulgare Bogumilowo in fluvio Sheglona in terra Siradiensi prope civitatem Siradiensem situatam iure teutonico videlicet Scredensi decem mansos se extendentem exposuimus ad locandum discreto viro Alberto quondam Cmetoni de Grodziecz sculteciam ibidem in Bogumilowo pro decem marcis quadraginta grossos marcam facientibus iure hereditario vendidimus et tenore presencium perpetuo vendimus, damus, assignamus et resignamus, dantes eidem nomine locacionis duos mansos agri liberos, tercium denarium de Taberna et de ortis, piscinam liberam facere poterit, nullum preiudicium nostro molendino generando. Tercium denarium de panis omnibus omnia et singula predicto Alberto et suis successoribus legittimis libera cum potestate vendendi alienandi donandi commutandi et secundum quod sibi aut suis successoribus videbitur convertendi damus tamen nostro aut nostrorum successorum de consensu. Ita tamen quod scultetus predictus et qui pro tunc fuerit pro qualibet expedicione generali marcam grossorum Pragensium nobis et successoribus nostris solvere teneatur et in terris terre Siradiensis in equo valoris duarum marcarum servire sit astrictus. Insuper decernimus quod lapsa libertate quilibet incola de manso solvet unam mediam aut mediam marcam grossorum

Bohemicalium pro eodem festo beati Martini confessoris anni census temporibus consuetis. Ad festum Pasce viginti ova et duos pullos. Ad nativitatem beate Marie Virginis singulis annis solvere tenebitur decimam manipularem in campis dent cui de iure debetur - ut autem predicta villa eo forcius in suis iuribus valeat collocare extunc eidem ville Sculteto et omnibus ibidem degentibus ius theutonicum Seredense predictum damus perpetue ibidem duraturum. Removentes ibidem omnia iura polonicalia modos et consuetudines et iurisdiciones, qui ius theutonicum perturbare consueverunt. Eximimus quoque absolvimus et perpetue liberamus scultetum incolas et omnes cmetones ab omnibus iurobus iurisdicionibus quibusvis omnium palatinorum. Castellanorum iudicum subiudicum et ministerialium eorum. ita quod coram ipsis vel eorum altero minime responderunt, sed tamen cmetones et incole coram prefato sculteto, scultetus vero coram nobis dum tamen per literam nostram sigillo nostro sigillatam evocatus fuerit, tunc de se querulantibus iure tamen suo theutonico pro quibusvis causis magnis et parvis puta furti homicidij sanguinis, membrorum mutilacionibus respondere tenebuntur, causas tamen superius expressas et omnes alias eidem sculteto et scabinis ad hoc specialiter deputatis iudicandi, senteciandi puniendi condemnandi plenam et omnimodam concedimus facultatem. forma tamen iuris theutonici in omnibus observata. Harum quibus nostrum sigillum presentibus est

appensum. Actum et datum Siradie dominica circumdederunt me. Anno domini millesimo tricentesimo sexagesimo quinto. Presentibus
Chebda Capitaneo
Swentopolcone Castellano Siradiensibus
Petro Spiczimiriensi Castellano
? Santomiriensi et Jaroslao Piotrcoviensi generalibus
et Ulrico advocato Siradiensi et aliis multis
fidedignis.

conf a Sigism - 17 Julii 1542. Cracoviae

1365.

Mosbach - Wrocław

10

In nomine Domini amen. Largitas regum multipliciter commendatur, si ex grata donacione beneuola ipsorum confirmacio subsequatur. Proinde nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie ac terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomoranie, Russieque dominus et heres, notum facimus tam presentibus quam futuris, quibus expedit, vniuersis, quod ob remedium salutis patris et matris ac aliorum predecessorum nostrorum pariter et nostre, nec non ob deuocionem specialem, quam ad religiosas et Deo dedicatas virgines, sorores domus in ciuitate Wratislauiensi, ordinis sancte Clare, dyocesis Wratislauiensis, nobis in domino Iesu Christo sincere dilectas, consilio maturo nostrorum baronum ad hoc accedente, decem mensuras salis minuti et vnam bancam, que in vulgari balwan nuncupatur, in Bochna et Weliczca zuppis nostris salis, in terra nostra Cracouiensi prope ciuitatem nostram Cracou situatis, singulis Quatuortemporibus de solita nostre maiestatis benignitate damus, donamus, ascribimus, annectimus, attribuimus et perpetuis temporibus recipiendas incorporamus graciose, tali condicione mediante, quia predicte virgines, que inibi Deo seruientes pro tempore fuerint constitute, vigilias nouem leccionum dominico die peractis vesperis et in crastino missam pro anima patris nostri ac feria quinta proxima sequenti similiter vigilias nouem leccionum peractis vesperis necnon in crastino missam pro anima matris nostre ac predictorum antecessorum nostrorum singulis septimanis voce sonorosa decantare teneantur. Vt autem hec nostra donacio robur perpetue firmitatis valeat optinere, presentes literas supradictis virginibus et conuentui ipsarum dari iussimus, nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum in Bobrownikij dominico die, quo in ecclesia Reminiscere canitur, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto. Presentibus magnificis principibus dominis: Henrico Glogouie, Georgio Lyvonie (s) ducibus, Iohanne Sandomiriensi, Mosczicz Gnewcouiensi palatinis, Iohanne Cracouiensi, Floriano Lanciciensi cancellarijs et alijs nobilibus quam plurimis fidedignis. Scriptum per Iacobum de Ossowa notarium curie nostre regalis.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum państwowem we Wrocławiu, opatrzony jest wielką pieczęcią majestatową z różowego wosku, zawieszoną na jasnozielonym jedwabnym sznurze. Mosbach: Wiadomości do dziejów Polskich z archiwum prowincyi Szląskiej, Ostrów 1860, str. 45. Przy świadku Georgius dux Lyvonie przypuszcza Mosbach myłkę pisarską zamiast Lytwanie, uważając go za księcia Jerzego Narymundowicza.

[Perzanowski, nr 87]

139. pag. 128.

11

Fr. Johannes abbas etc. monasterii Lubinens. 1365 Mart. 16, Lubin;

In nomine Domini amen. Cum vita humana sit labilis memorie super terram et dies crastina sit incerta, dignum est et omnimode necessarium negocia que aguntur in tempore scripto et bono testimonio firmiter roborari. Noverint igitur universi presentes et posteri, presentem literam inspecturi, quod nos frater Johannes, divina miseratione abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis ex bona deliberacione dedimus pro locatione sculteciam in hereditate nostra que Siemowo wlgariter nuncupatur iure ~~hereditario~~ theutonico locandam, videlicet super 2 magnos mansos viro provido et discreto Nicolao dicto Polska suisque filiis legittimis natis ac nascendis libere perpetue possidendam, vendendam, commutandam et ad usus beneplacitos convertendam. Ad quam sculteciam dicitur pertinere magnus mansus cum dimidio, sed ut unus duorum mansum (sic) compleatur, medium magnum mansum apud nos emit pro duabus marcis grossorum. Insuper tres ortos, tabernam, pistrinum, macellum, fabrum, sutorem, de iudicio tercium denarium, resignaciones, iuramenta ex integro damus eciam eidem sculteto et suis posteris, ducentas oves pascere preter gregem ville, agitare leporem, swasones et perdices. Ipse vero scultetus et sui posteri nobis servient cum equo valente duas marcas grossorum. Incolis vero ville predicte damus libertatem quatuordecim annorum, expirata autem libertate solvent nobis singulis annis de quolibet magno manso maldratam triplicis fru-

menti

menti, quatuor mensuras siliginis, duas tritici, sex avene et mediam marcam grossorum, et de qualibet curia unam mensuram humuli. Arabunt nobis tres dies. Honorabunt nos iam dicti villani singulis annis de quolibet manso triginta ova (sic), ad Nativitatem beate Marie virginis per duos pullos, et ad Nativitatem Cristi eciam per duos pullos. Tria generalia iudicia ibidem celebraturi sumus singulis annis, in quibus nobis kmetones duo prandia dare tenebuntur, scultetus vero unum, vel pro quolibet prandio fertonem grossorum. Ut autem hec donacio, vendicio et confirmacio robur perpetue optineat firmitatis, presentem litteram nostro et nostri Capituli sigillorum munimine duximus roborandam. Actum et datum Lubin dominica Oculi mei sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, presentibus his testibus: Petro plebano de Lubin, Nadmiro de Bielewo, Petro advocato de Crzywyn, Nicolao advocato de Gostina, Welida Hancone Grimmar civibus ibidem et aliis quam pluribus fidedignis.

?

1365. Theiner 12

Urbanus pp. V. Ludovicum regem Hungariae hortatur, ut Casimirum regem Poloniae ad reginam Adelheidem revocandam efficaciter inducat.

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Carissimo in Christo filio Ludovico regi Ungarie illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Vellemus, carissime fili, tibi, quem gerimus in visceribus caritatis, semper placita reservare, sed occurrentibus morbis perniciosis oportet interdum ad tollendum maiorem dolorem atque periculum adhiberi amaritudinem discipline. Nuper siquidem ad nostri apostolatus auditum, fama publica referente, pervenit, quod carissimus in Christo filius noster Kazimirus rex Polonie illustris, avunculus tuus, qui dudum carissimam in Christo filiam nostram Adelaydem reginam Polonie illustrem, consortem suam, contra regie honestatis debitum a suo reiecit consortio pro libito voluntatis, super quo ipsa regina contra regem eundem in Romana curia iusticiam suam prosequitur, mala malis accumulans et inverecunde obnubilans serenitatis regie claritatem, nuper asserendo pro se in huiusmodi causa in dicta curia diffinitivam fore sententiam promulgatam, et certam dispensationem obtinuisse ab apostolica sede, quod cum alia contrahere possit, etiam in gradu prohibito, quamvis premissa omni careant veritate, cum quadam alia etiam consanguinea sua matrimonium de facto contraxit, eamque tamquam suam uxorem ad nepharios admisit amplexus in dampnationem anime sue, plurimorum scandalum, suorum consanguineorum et devotorum tristiciam ac grande opprobrium regie dignitatis: propter quod nos, qui salutem et honorem prefati regis paterna caritate zelamus, tam horrendum facinus, quod nisi celeriter emendetur, dampnabilis exempli perniciem in suo regno et nonnullis aliis partibus populi Christiani diffundet, tolerare sub paciencia, salva consciencia, nequeuntes, dictum regem per nostras litteras, quas cum presentibus mittimus, monemus et hortamur in Domino, nichilominus sibi per apostolica scripta precipiendo mandantes, quod eisdem suis saluti et honori, quos negligit, consulens incunctanter eandem superinductam ex toto dimittere, prefatamque Adelaydem, precedentibus securitatibus debitis, ad suam cohabitationem recipere, eamque tractare maritali affectione et congruis honoribus non postponat: alioquin sciat, nos commisisse dilecto filio nostro Egidio tituli sancti Martini in Montibus presbitero cardinali, coram quo dicta causa pendet, ut super huiusmodi novo dicti regis excessu contra ipsum procedat, prout iusticia suadebit. Quare serenitatem tuam, quam non dubitamus de tanta culpa regis eiusdem gravi doloris aculeo sauciari, et tantam inhonestatem etiam execrari, rogamus et hortamur

attente, quatinus eundem regem efficaciter inducas, ut tam graue scelus statim studeat emendare, prefatamque superinductam quam deceptam, et huc usque esse credimus sine culpa, totaliter dimittendo, memoratamque Adelaydem recipiendo ac tractando maritali affectu, et alias honorifice, sicut status exigit reginalis. Datum Auinione III. Kal. Octobris, pontificatus nostri anno tercio.

In e. m. carissime in Christo filie Elizabeth regine Ungarie illustri, sed ubi dicitur auunculus tuus, dicatur frater tuus.

Theiner: Vetera monumenta historica, Hungariam sacram illustrantia, Tom. II, Romae 1860, N. 135.

[Perzanowski, nr 88] 143. pag. 127 b.

Johannes abbas Lubinens. 1366 Apr. 24, Lubyn; 13

In nomine Domini amen. Quoniam acta et voluntates hominum solent variari, nisi fuerint testium subsidio, scripturarum suffragio lucide roborata; noverint igitur universi presentes et posteri presens scriptum inspecturi, quod nos Johannes, divina miseracione abbas Lubinensis, una cum conventu fratrum nostrorum ex bona deliberacione vendidimus pro locacione sculteciam in hereditate nostra que Stankowo nuncupatur pro quinque marcis iure theutonico locandam viris providis et honestis fratribus Andree et Petro, ipsis et ipsorum filiis legittimis progenitoribus natis ac nascendis, ut advocatis incolis ipsam habeant perpetue et hereditarie possidendam. In ipsa damus hereditate ipsis et ipsorum posteris liberos duos mansos, tabernam, molendinum preter fluvio quod (sic) dicitur Obra, pistrinum, macellum carnium et panis, fabrum, sutorem, de iudicio tercium denarium, iuramenta, resignaciones, duos ortos et pratum parwum Lubodzosze. Nobis servient cum equo valente unam sexagenam. Ipsis eciam damus et ipsorum posteris ducentas oves libere pascere preter gregem ville. Damus eciam ipsis de nostra voluntate potestatem obligandi, alienandi secundum ipsorum libitum voluntatis. Damus autem incolis in prefata hereditate a regalitate duodecim annos libertatem plenam de nostro censu tredecim annos, qua evoluta prefati villani nobis et successoribus nostris singulis annis censum persolvent quilibet eorum de quolibet manso unam mensuram tritici, tres siliginis, quatuor avene, mensuram humuli et fertonem pro decima. Circa tria generalia iudicia

nobis

nobis duo prandia kmetones dent, tercium vero scultetus,
vel pro quolibet prandio quatuor scotos. Ter in anno nobis
arabunt. Ad festum Pascatis nobis dabunt latus carnium
vel tres scotos et quindecim ova. Ad Nativitatem beate Marie
virginis iam dicti villani nobis dabunt de qualibet curia
per duos pullos. Et ut donacio nostra pacta vel promissa
? temporis vetustate aut memorie labilitate (non) atteran-
tur aut annullentur in parte vel in toto harum
recognoscimus cui nostro et conventus nostri sigillis
subappensis testimonio litterarum. Datum Lubyn
in crastino sancti Adalberti sub anno Domini
millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, presenti-
bus his testibus: domino Petro plebano de Lyubyn,
Nademiro herede de Bielyewo, Welidas cive de Gostyn,
? Hancone greniar cive de ibidem, Paszkone sculteto
de Gyrka, Paszkone sculteto de Luszkowo et aliis
quampluribus fidedignis.

1366. Theiner 14

Urbanus pp. V. Ludovico regi Hungariae dispensationem matrimonii pro Casimiro rege Poloniae petitam, denegat.

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Carissimo in Christo filio Ludovico regi Ungarie illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Cum venerabilis frater noster Stephanus episcopus Nitriensis, ambaxiator tuus, lator presentium, recedendi licentiam recepisset a nobis, supervenerunt tue littere, in quibus nobis tua serenitas supplicavit, quod consideratis servicijs, que Romane ecclesie impendisti, ac laboribus et expensis, quos nunc pro honore ipsius ecclesie et augmento catholice fidei subiebas, contra .. regem Polonie illustrem occasione cause matrimonialis, quam carissima in Christo filia nostra Adelaydis regina Polonie illustris, consors eius, contra ipsum regem movet in Romana curia, non permitteremus eum citari in audiencia publica litterarum nostrarum, nec excommunicationum sentenciis innodari, et quod super matrimonio contracto per regem eundem cum nobili muliere Hedewige, que consanguinea sua in prohibito gradu dicitur, et quam suam modernam asseruisti consortem, ut in tali matrimonio licite remanere valeat, dignaremur misericorditer dispensare, presertim cum tibi relatum existeret, quod in similibus casibus fuisset per nos cum nonnullis alius principibus dispensatum. Ad que, fili carissime, paterna tibi caritate rescribimus, quod huiusmodi tua servicia, labores et sumptus consideramus attente, et preter retributionem precipuam, quam proinde tibi thesaurizas in celis, eandem ecclesiam tibi recognoscimus obligatam, nosque prompta gratitudine paratos semper invenies ad annuendum votis tuis honestis; sed ubi Deus offenditur, nervus iusticie rumpitur, honestati sedis apostolice derogatur, illicite rei prebetur exemplum, et similibus excessibus aditus aperitur ac obviatur saluti petentium, non debet apostolice gravitatis constancia tales preces admittere, quas aut ex quadam violencia importunitatis extortas, aut forte propter varias occupationes non sufficienter in statera debite ponderationis appensas, debet probabiliter extimare. Quapropter, cum simus omnibus presertim personis sublimibus in iusticia debitores, oportet, quod prefate Adelaydi regine faciamus iusticiam ministrari, memoratusque rex non citabitur per dictam audienciam, ubi de antiquissimo more prefate curie citantur absentes, si procuratorem suum ad defendendum eius iusticiam habere dignabitur, sicut debet; dispensationem vero predictam non possumus secundum Deum et iura concedere, nisi matrimonium cum eadem Adelayde contractum, non tenere per deffinitivam sententiam appareret: nec credat tua sublimitas, quod a nobis talis dispensatio emanarit, tenens pro certo, quod gratiam, quam concessissemus vel possemus

concedere cuicumque principi vel alteri, tue dilectissime nobis magnitudini nullatenus negaremus, super quibus dicto episcopo per nos plenius informato velis fidem indubiam adhibere. Datum Avinione V Idus Iulii, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner: Vetera monumenta historica, Hungariam sacram illustrantia, Tom. II, Romae 1860, Nr. 147.

1366.

Urbanus pp. V.

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Carissime in Christo filie Elizabeth seniori regine Ungarie illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Litteras tue serenitatis et carissimi in Christo filii nostri Ludovici regis Ungarie illustris, nati tui, in favorem illustris regis Polonie destinatas recepimus more patris. Et quia idem rex Ungarie prius petiit, quam tua serenitas, sibi plenarie respondemus et eum paterne instruimus, qualiter a similibus peticionibus abstinere debeat in futurum, prout in tenore litterarum, quas sibi mittimus interclusa presentibus, per quem reputamus sufficienter fore eidem serenitati responsum, videbis plenius contineri, tuamque devotionem ex eo, quod prudencius et moderatius supplicasti, non petendo dispensationem, que nullatenus debet peti, digne in Domino commendamus. Quidquid autem pro conservatione honoris dicti regis Polonie cum honore nostro et conscientie salvatione poterimus, consideratione tue devotionis et eiusdem tui nati libentissime faciemus: saluti tamen et honori eiusdem regis Polonie credimus expedire, quod superinductam dimittat, ad quod eum debes oportune et importune iugiter exhortari. Super quibus venerabili fratri nostro .. episcopo Nitriensi per nos plenius informato velis fidem indubiam adhibere. Datum Avinione V. Idus Iulii, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Tom. II, Romae 1860, N. 148.

Fr. Johannes abbas etc. monasterii Lubinens. 1367 Jan. 13, Lubyn;

16

In nomine Domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi fuerint scripto vel bono testimonio roborata. Noverint igitur universi presentes et posteri presentem literam inspecturi, quod nos frater Johannes, divina miseracione abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis, cupientes bona nostra in melius reformare, vendidimus sculteciam in hereditate nostra Malpino wlgariter dicta pro octo marcis grossorum Pragencium Martino dicto Drzanga et suis posteris natis ac nascendis, videlicet duos mansos flamingos et duos ortos, tabernam, pietrinum, macellum, sutoriam, fabrum, de iudicio tercium denarium, resignaciones, iuramenta, insuper parvum lacum Szadewo et in eodem lacu molendinum, si fieri potest, et pratum circa insulam de quatuor mensuris versus Cazowo, ducentas oves pascere preter gregem ville et sex iumenta in pascuis conservare, venacionem maiorem, ut agitet leporem, aves capiat, swasones et pardices (sic). Ipse autem scultetus et sui posteri nobis servient cum equo valente sexagenam grossorum. Villani vero memorate ville nobis solvent singulis annis de quolibet manso novem mensuras triplicis annone, tres tritici, tres siliginis, tres avene et fertonem pro decima. Honorabunt nos predicti kmetones singulis annis de quolibet manso triginta ova et unum latus carnium pro tribus scotis, in ~~nat~~ Nativitate beate Marie virginis de qualibet curia duos pullos, et in Nativitate Christi similiter per duos pullos. Tria genera-

lia

lia iudicia ibidem sumus celebraturi in quibus nobis kmetones duo prandia dabunt, et scultetus tercium, vel pro quolibet prandio fertonem grossorum persolvent et unam mensuram humuli de qualibet curia solvere tenebuntur. Arabunt nobis eciam quolibet anno tres dies. Ut autem hec vendicio et confirmatio nostra imperpetuum firmiter inviolabiterque teneatur, presentem literam conscribi fecimus et nostro nostrique Capituli sigillorum munimine roborari. Datum Lubyn in octava Epiphanie Domini anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, presentibus his testibus: comite Michaele de Morka, Johanne de Dambycze, Jacussio de Blocryszowo, Jacobo plebano de Daliewo, Myleone sculteto de Wyrzeka et aliis quam pluribus fidedignis.

17

[Bandtkie, s. 1-18.]

1367.

Przywilej Kazimierza wielkiego Żydóm Małopolski i Rusi nadany.*)

In nomine Domini Amen.

Humani generis actiones, nisi vigeant voce testium aut testimonio literarum, celeriter transeunt et prorsus a memoria relabuntur. Igitur nos Casimirus, Dei gratia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sendomirie, Siradie Lancicie Cuiavie, Pomeranie Russieque dominus et heres.

Notum facimus tam praesentibus quam futuris, ad quorum notitiam devenerit presens scriptum, quod Judaeis nostris in Cracovia, in Sendomiria, in Lamburga et alibi ubilibet in regno nostro constitutis eorum statuta et privilegia a nobis obtinuerunt de verbo ad verbum, sicut in subsequenti continetur serie duximus declarandum.

Primum quidem statuimus, ut pecunia mobili aut pro re immobili aut in causa criminali, quae tangit personam aut res Judei, nullus Christianus contra Judaeum nisi cum Judaeo et Christiano in testimonium admittatur. In casu vero criminis falso, duobus Judaeis et duobus Christianis sine omni dillatione et alia quavis dispositione.

Item si aliquis Christianus Judaeum impedit asserens, quod ei

---

*) Niniejszy przywilej jest po dwakroć oblatowany:

1) w czwartek po niedzieli przewodniej (2 Kwietnia) 1573 przez Jakuba Lissowatego i Samuela Smolc starszych kahału Żydow krakowskich z potwierdzeniem Kazimierza Jagiellończyka 1543, Zygmunda I 1531 i Zygmunda Augusta 1559.

2) w poniedziałek po święcie s. Pryski (23 Stycznia) 1634. z potwierdzeniem nadmienionych Królów i Władysława IV z r. 1633, podany przez Jakuba Opatowczyka, syndyka Żydow Kazimierskich przy Krakowie – W oblatach należy to 60 ciu listow Krol. i przywilejow dla Żydów –

W "prawodawstwie polskiem względem Żydow. Kraków 1867" str. 161 zamieścił Dr Ludwik Gumplowicz przywilej tegoż Króla dla Żydow wielkopolski wydany przez Kazimierza Jagiellończyka w poniedziałek przed wniebowzięciem N. P. Maryi (13 Sierpnia) 1453 potwierdzony. –

ei pignora obligaverat et Judeus hoc diffitetur, tunc si Chri-
stianus Judeo simplici verbo fidem noluerit adhibere, Judeus
iurando super equalitatem sibi pignore obligato suam inten-
tionem probabit et transeat absolutus.

Item si Christianus obligaverit Judeo pignus, asserens
quod Judeo in minori pecunia obligaverit, quam Judeus con-
fitetur, iurabit Judeus super pignore obligato et iurando pro-
babit. Christianus sibi solvere non recuset.

Item si Judeus Christiano testibus non assumptis dicat,
se pignus mutuasse et ille negaverit, super hoc Christianus
salvo suo iuramento se expurget.

Item Judeus recipere poterit omnia nomine pignorum,
quae ei fuerint obligata, quocunque nomine vocentur, nulla
de his tunc requisitione facta, exceptis vestibus sanguinolen-
tis et madefactis et sacris vestibus, quas nullatenus acceptabit.

Item si Christianus impetiverit Judeum, quod pignus,
quod Judeus habet, ei furtim vel perviolentiam sit ablatum,
Judeus iuret super illo pignore, quod cum recepit furtim
ablatum vel raptum iurabit suo iuramento simpliciter, in
quanto sit ei pignus huiusmodi obligatum et sic expurga-
tione facta Christianus sortem et usuram ei persolvet, quae
medio tempore acreverit.

Item si aut per casum incendii, aut per furtum, aut
pervim res suas cum obligatis suis pignoribus Judeus
amiserit et hoc instituerit et Christianus, qui hoc obligavit,
nihilominus Judeum impediat, Judeus iuramento se
proprio absolvet.

Item si Judei inter se de facto discordiam moverint aut
guerram, iudex civitatis nostrae nullam iurisdictionem sibi
vindicet in eosdem sed nos tantummodo aut noster capitane-
us, palatinus vel advocatus iudicium exercebit, si autem rea-
tus vergit in personam nobis tantum hic casus reservabitur
iudicandus.

Item si Christianus Judeo vulnus qualecunque in-
flixerit, reus nobis poenam solvet, secundum quod nostram

gratiam poterit invenire, nostrae camerae deferendam et vulnerato satisfaciat pro laesura et expensis et curatione vulnerum et vulnera solvet secundum iudicium terrestre requirit et iura terrae nostrae exigunt et requirunt.

Item si Christianus Judaeum occiderit, digno iudicio puniatur, collum et omnia mobilia rerum et immobilia in nostram transeant potestatem.

Item si Judaeum Christianus occiderit, ita tamen, quod sanguinem non effudit, poena simili requiratur secundum consuetudinem nostram, quemadmodum in terra nostra pro nobili est consuetum; si vero pecuniam habere non poterit, idem pro commisso, sicut statutum fuerit, puniatur vel caput pro capite decernatur.

Item ubicunque Judaeus domum nostram transiret, nullus ei aliquod impedimentum praestabit nec molestiam vel gravamen, et si aliquas res, merces, mercimonia duxerit, myta aut thelonea pervenire per omnia mytarum loca nonnisi debitam tollat mytam mytarius, quam solvet unus civitatis illius, in qua Judaeus commoratur.

Item si Judaei iuxta suam consuetudinem aut quem ex mortuis suis aut de civitate in civitatem vel de provincia ad provinciam vel de una terra ad aliam deduxerit, nihil ab eis per mytharios nostros volumus extorquere, si autem mytarius aliquid extorquerit, volumus, ut secundum terrae nostrae consuetudinem et iura nostra graviter puniatur et omnia sua nostrae camerae perveniant, quocunque nomine nuncupentur.

Item si aliquis temerarie iactaverit super scholas Judaeorum, nostro capitaneo volumus duo talenta piperis, ut persolvantur.

Item si Judaeus iudici suo in poena pecuniarum, quae vandit dicitur, reus inventus fuerit, poenam talentum piperis, secundum quam ab antiquo est posita, solvet ei. —

Item si Judaeus per edictum sui iudicis vocatur primo, secundo, non venerit, pro utraque vice poenam, quae sequitur,

et consueta est ab antiquo, solvat. Si ad tertium edictum non venerit poenam iudici suo solvere non recuset, secundum consuetudinem ipsorum

Item si Judaeus Judaeum vulneraverit, laesus debet probare ~~per~~ sua vulneribus probis Judaeis et Christianis et clamare super violentia et si probare non poterit reus iuramento suo implicito innocentiam suam expurgabit.

Item si contingat Judaeum contra Judaeum omnes quatuor terminos astare reo Judaeo absente et non comparente reus causam suam amittet et per tertium edictum iudicis parere non curaverit, quilibet eorum causam non amittit sed tantummodo poenam solvat toties quoties non parebit et postea reus causam suam poena soluta iudici revocabit coram Judaeis et iudice ipsorum. Item iudex ipsorum non debet sententiam sine Judaeis promulgare et proferre sed Judaei secundum iura ipsorum, actore vero non comparente, sine Judaeis, et sic actor causam suam non perdet.

Item statuimus, quod nullus Judaeus iurabit super rodale ipsorum, nisi se causa extendit usque ad quinquaginta marcas argenti puri fusi, vel sit ad nostram presentiam causa revoluta. Pro minoribus autem causis iurabit ad rotulam scholae implicite et infecte; et si datur terminus Judaeis ad concordandum per iudicem, iudex vero dato termino ad concordandum poenam accipiet ab utraque parte per talentum piperis, post concordiam inter partes factam.

Item si Judaeus clam interemptus fuerit, ut in testimonium constare non possit, tunc amicis suis, qui eum interemit, si potest in acquisitione aliquem suspectum habere, comperit, nos Judaeis contra suspectum pugilem volumus exhibere.

Item si Christiani alicui Judaeo manum iniecerint violentam, secundum, quod ius terrae nostrae exigerit, punietur.

Item

Item si judex Judaeorum secundum causam inter eos ortam ~~ini~~ in iudicium deducat, ubi per querimoniam est invitatus. Judaei circa scholas vel ubi elegerint debent iudicare ante meridiem.

Item si a Judaeo Christianus pignus suum absolverit, ita quod usuras non persolverit, easdem si infra mensem non dederit, illis usuris accrescant usurae.

Item secundum in domo Judaeos volumus hospitare.

Item si Judaeus super possessiones aut literas magnatum terrae mutaverit et hoc si per suas literas et sigillum probaverit, nos Judaeo aliorum pignorum possessionem assignabimus obligatam ~~et~~ ei eas contra violentiam defendendo.

Item si aliquis vel aliqua puerum Judaei subtraxerit volumus ut fur condemnetur.

Item si Judaeus receperit a Christiano pignus, ut per spatium integri anni tenuerit et si pignoris valor mutuatam pecuniam excesserit, Judaeus iudici suo pignus demonstrabit; si vero pignus bonum non fuerit iudici suo ostendetur, postea Judaeus vendendi habeat libertatem; et si idem pignus, antequam annus transierit, suo iudici demonstrabit et si aliquod pignus apud Judaeum per annum et diem transierit nullum verbum postea Judeus respondebit.

Item volumus, ut nullus Judaeorum super pignus, aut solutione pignoris in suo die feriali cohortari praesumat.

Item quicunque Christianus per vim abstulerit pignus suum a Judaeo aut per violentiam in domo sua exerceri ut dissipatur nostrae camerae graviter punietur.

Item contra Judaeum nonnisi in scholis vel ubi iudicantur Judaei omnes prope dotem, exceptis nobis aut nostro capitaneo, qui eos possumus ad nostram praesentiam evocare.

Item iuxta constitutiones papae sancti patris districtius prohibemus, ne de ~~cetera~~ cetero Judaei singuli in regno nostro constituti

stituli debeant inculpari, quod humano utantur san-
guine, cum iuxta preceptum legis ab omni prorsus san=
guine se contineant et abstineant universi, si aliquis Ju-
daeus de occisione pueri christiani per Christianum
fuerit culpatus et quod Judeus convincatur et postquam
convictus fuerit, tunc ipse Judaeus poenam omnimode
quae sequitur puniatur crimine pro commisso. Si vero
ipsum testes supradicti non condemnabunt et innocen=
tiam suam expurgabit suo iuramento, extunc poenam
Christianus quam Judaeus pati non immerito sustine-
bit.

Item statuimus, ut Judaei equos qualescunque gene-
raliter omnis sexus nisi in die tantummodo pro pignore
recipiant manifeste, si vero aliquis equus vel equa apud
Judaeum per Christianum arrestaretur furtivus et
apud Judaeum inventus fuerit vel furtus arrestatus,
Judaeus proprio iuramento evadet, quod sibi in die
clara pignus equus fuit obligatus de scitu iudicis vel
vicini.

Item volumus prohiberi, quod apud Judaeos nemo
querat furtum vel aliquas res furtivas vel suspectas,
nisi deponat marcam auri pro poena nostra et si
furtum invenerit vel suspectum, Judaeus querenti mar-
cam unam auri exolvat et pro furto poenam solvet
secundum quod gratiam nostram poterit invenire.

Item prohibemus, ut monetarii in regno nostro
constituti Judaeos falsis denariis vel rebus aliis vel
soli absque nostro nuntio vel nostro palatino seu absque
civibus honestis detinere quoquo modo vel capere non
presumant.

Item volumus quod Judaeus aliquis compulsus
in nimia necessitate noctis tempore clamaverit super violen-
tia sibi per quempiam facienda et si vicini Christiani
audientes auxilium prestare non curaverint opportunum
nec

nec venerint ad clamorem, quilibet Christianus vicinus triginta solidos iudici vel capitaneo solvere teneatur.

Statuimus etiam, ut Iudei omnia etiam libere vendant, emant, panem et alia omnia necessaria pro suis pecuniis, ut Christiani, prohibentes vero poenam nobis solvere tenebuntur, nostro capitaneo vel iudici.

Et ut omnia premissa perpetuum robur obtineant firmitatis, presens nostrum privilegium cum testium annotatione dictis nostris Iudeis dedimus cum sigilli appensione roboratum. Actum et datum Cracovie ipso die conductus Pasche sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo (25° Kwietnia 1367). Presentibus Joanne castellano, Janussio cancellario cracoviensibus, Petro sandomiriensi, Andrea cracoviensi palatinis, Dobeslao visliciensi, Stanislao malogostiensi castellanis et aliis pluribus fide dignis.

Przywilej ten potwierdzili: Kazimierz Jagielończyk (Iudeis in Cracovia, Sendomiria, Leopoli et aliis Russie, ac lublinensis et sandecensis terrarum, in civitatibus et oppidis earundem terrarum habitantibus, nunc presentibus et aliis undecunque in prescriptas terras advenientibus) w Krakowie w poniedziałek przed wniebowzięciem N. P. Maryi (13 sierpnia) 1453; Zygmunt I w Krakowie w piątek przed ś. Elżbietą (17 Listopada) 1531; Zygmunt August w Piotrkowie w środę popielcową (8° Lutego) 1559 i Władysław IV*) w Krakowie d. 29° Lutego 1633. -

O. 1 p. 512.
O. 58 p 83.

*) Drugi przywilej Władysława IV dla wszystkich w ogólności Żydów w Polsce zamieszkałych wydany na sejmie koronacyjnym w Krakowie 16° Marca 1633.
Jednocześnie dla Żydów olkuskich. O. 57 p. 1025.
O 66 p 1864

[Wierzbowski. T. 4/3, Suppl. nr. 242. Reg.]

1367. [8. IX.]

Casimirus rex Poloniae ecclesiae a se in oppido Szczercóvo conditae decumas ~~assignat~~ attribuit eidemque varias largitur immunitates. Ksch 26/26.

1367.

In nomine domini amen. Nos Kazimirus dei gracia rex Polonie Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie pomeranie Russieque dominus et heres. Notum sit quibus expedit universis quomodo animo devoto diei mortis operibus pietatis et misericordie prevenire cupientes, quatinus ab ipso omnium creature premium mereamur in vita consequi affutura Proinde ecclesiam parrochialem ad honorem dei omnipotentis eiusque genitricis Marie semper virginis gloriose necnon Petri et Pauli Mathieque apostolorum et evangeliste beatorum sancteque Dorothee et Katherine virginum benedictarum in nostro opido Scziercow in terra Siradiensi erigimus et fundamus dante domino et ut pro nostra nostrorumque antecessorum et successorum animarum salute rectores ipsius ecclesie pro tempore existentes ad deum omnipotentem oraciones ipsorum devotas fundere valeant continuas. Iccirco pro defectibus ac defectum in rebus temporalibus eiusdem ecclesie congruis rectoribus ~~ipsius~~ ipsorum supplendis quatuor decimas manipulares cuiuslibet grani seu seminis post labores curiarum nostrarum seminandum in quatuor villis videlicet Usczonowicze Strzalkowo Pyekary et in antiqua villa Scziirczow in nostris villis, decimam vero pecunialem in latis grossis in oppido nostro predicto Scziirczow in estate temporis illic agros colentes quilibet de lanco per sex grossos latorum, excepto Advocato ibidem

qui post labores suos proprios decimam solvet manipularem, de ortis eciam que coluntur ibidem decimam solvant manipularem tempore messis. Item de qualibet area tam opidanorum quam eciam ipsius Advocati per integrum grossum predicte ecclesie et rectoribus ipsius Ministroque eiusdem ecclesie per medium grossum ipsi incole anno quolibet, occasione vero censualitatis solvere sint astricti. Insuper unum macellum carnium aut duo macella rector ecclesie habere potest et fundare pro utilitate sua et ecclesie sue. Item tres laneos agrorum pro cultura dotis ipsius ecclesie, duo lanei extra fluvium iuxta oppidum predictum cum tribus pratis ipsius agris contiguis, quartum vero pratum iuxta villam Scirczow inter agros kmethonum in fine iuxta fluvium ibidem in toto progressive et transversaliter nihil kmethonibus hic idem in predicto prato reservantes. Item obstacula wlgariter yazy in fluvio dicto Wydawa videlicet inter agros et prata ipsius ecclesie predicte et pisces prandere nullus oppidanorum excepto plebano et sine voluntate ipsius plebani audeat quovismodo aut presumat facere. Preterea duo thelonea unum versus Cracoviam decimam ebdomadam duntaxat, secundum vero theloneum versus Wratislaviam dictum przeczne czlo et ad partes dextras Siradiam per viam que ducit de Opoczno de Piotrcovia

de Inowlodz et de Volborz pariter et de omnibus et singulis civitatibus opidis villis nostris ac dominiorum regni nostri polonie et undecumque peccora iumenta et peccudes per predictum oppidum Serirczow pellentibus seu pellere volentibus vel eciam cum curribus onustis aut rerum onerosis equitantibus vel equitare cupientibus nullus hominum cuiuscunque status condicionis aut dignitatis ipsis viam precludere aut impedire vel ipsos turbare audeat nostre regie gracie sub obtentu. Nam de quolibet peccore iumento aut peccude quocieseunque pellitur per opidum antedictum, per emptores aut venditores tociens de quolibet pecore peccude aut iumento per duos ternarios, a curru vero rerum oneroso ut premittitur, quociens eciam equitatur per prefatum oppidum per medium grossorum currentis monete polonicalis predicte ecclesie rectoribus dent assignent et exolvant sine fallo, nihilque de predicto thelonco dicto precrne esto pro nostra Maiestate regia aut nostris successoribus reservando in futurum. Premissa igitur damus attribuimus assignamus et incorporamus predicte nostre ecclesie in Serirczow ac rectoribus ipsius pro tempore perpetuo titulo habendum possidendum tollendum ac utifruendum per ipsos rectores temporibus perpetuis Ahoi de consensu voluntate ratificacione ac canonica institucione Reverendissimi in Christo patris et domini domini Jaroslai divina dei providencia Sancte Gneznensis ecclesie Archiepiscopi patris nostri dilecti. In cuius rei testimonium nostrum pariter et prefati domini Archiepiscopi sigilla presentibus sunt appensa. Datum in Serirczow feria quarta ipso die Nativitatis sancte Marie virginis gloriose per manus venerabilis viri

domini Ioannis Archidiaconi ecclesie Gnesnensis predicte, Regnique nostri Vicecancellarii nobis dilecti. Anno nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo sexagesimo septimo. Presentibus

Reverendis in Christo patribus

dominis Boltzantha Cracoviensi

Mathia Vladislaviensi

Ioanne Posnaniensi

Clemente Plocensi eadem apostolice sedis providencia ecclesiarum episcopis testibus ad premissa.

conform a Sigismundo I 1511. Cracoviae
16 Aprilis

1367 [19. XI] [A.G.i.Z. T. 5, nr. 6.]

In nomine domini Amen. Quod regum fieri decrevit auctoritas ratum atque stabile debet perpetuo permanere Quapropter nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavie, Pomeranie, Russieque dux et heres notificamus quibus expedit universis quod nos petitionibus Saemmi Viri Dni Iesconis Lyganza da petitionibus favorabile annuentes villam suam in fin Susceptam terre Sandomiriense pdo videlicet Rezieza ut est in suis limitibus et circumferenciis distincta, de iure Polonico in Ius theutonicum transferimus perpetuis temporibus duraturum in ipsa villa suis modos iura et consuetudinesque ipsum Ius theutonicum impet dum consueverunt et possent penitus removentes ac absolventes. Scultetos et kmethones universos villa predicta qui p tpe fuerint ab omnibus et singulis Iudiciis et ptatibus omniam Palatinorum Castellanorum, Iudicum et Subjudicum ac Ministerialium eorundem universorum Regnorum ita quod coram ipsis aut eorum aliquo p tantis tam magnis quam parvis puta furti Sanguinis homicidii incendii ac alliis quibus vis causis citati minime respondebunt. Sed tantum kmethones predicte ville coram ipsorum sculteto qui p tpe fuit Scultetus necnon coram ipsius domino p tpe existente aut Iudico nro generali duntamen per nram litteram brām sigillo nro sigilla tam fuerit evocatus, tunc de se querelantibus non aliter respondet nisi iure ipsius theutonico Cz Streden sit aulibus astrictus In causis autem animalibus vel capitalibus, sentenciandi. condemnandi, et iudicandi Sculteto dicte ville Reczyeza ddimus et concedimus plenaria facultate put ipsius Ius theutonicum Stredense im omnibus suis punctis et articulis postulat et In cuius rei testimonium Sigillum nrum ptibus est appensum Datum Cracovie in die Ste Elizabeth Anno dni millesimo CCCo Sexagesimo septimo presentibus Iescone Castellano

Andrea

andrea Palatino Cracouiense, Petro Palatino Sandomiriense, Prezd-
boro dapiferi Crac: Bodzatha Xanc quali Andrea Subiudice Crac
et aliis pluribusque testibus nobis fidelibus fidedignis Datum
per manus dni Iannsii Doctoris Decani in Crac. Cancellarii
Scriptum vero pa Symonem nre regalis Curie notarium

Nadanie Prawa Magdeburskiego
wsi Rzeczyca, przez Kazimierza Wielkiego

R 1367

Oryginał w Archiwum
Xcia Lubomirskiego w Dubnie
na pargaminie, ze Sznurkiem
jedwabnym zielonym bez pieczęci

[Perzanowski, nr 94]

146

25

Liber Virid. monasterii Lubin.

Privilegium scultetiae in Kossowo. pag. 62.

Fr. Johannes etc. monasterii Lubinens. 1368 Jan. 13, Lubin;

In nomine Domini amen. Quoniam memoria humana labilis fragilisque est super terram et dies crastina sit incerta, dignum et iustum est et omnimode necessarium seu oportunum, negotia que geruntur in tempore scriptis bonorumque testimonio firmiter roborari. Noverint igitur universi presentes et posteri paginam presentem inspecturi, quod nos frater Johannes, divina providentia abbas, una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis ex nostri animi bona deliberatione habitoque maturo consilio pro melioracione locacioneque nostre hereditatis, vulgariter dicte Kossowo, dedimus contulimusque scultetiam in prefata hereditate Kossowo eo iure theutonico locandam, quemadmodum nostra hereditas dicta Siemowo est locata, super magnos mansos viro circumspecto ac sagaci Nicolao dicto Pynos, ipsius servicia fidelia intuentes ac attendentes, necnon suis veris legittimis natis ac nascendis liberis pacifice perpetue possidendam, tenendam, habendam. Ad quam quidem scultetiam damus pertinere eidem Nicolao duos magnos mansos pro servicio suo nobis exhibito concessimus dimidium alterum mansum mediumque mansum pro melioratione sue scultetie pro certa sua pecunia, videlicet pro una marca cum dimidia usualis monete sibi et suis liberis comparavit; ita, quod idem scultetus habebit duos magnos mansos ad scultetiam suam pertinere secundum quod prius est expressum. Damus eciam eidem sculteto duos hortos, tabernam unam, pistrinum, macellum carnium, fabrum, sutoriam, pratum cum vepribus inter sylvam miedzyles, cum hoc tertium denarium de re qualibet iudicata, resignaciones et iuramenta ex integro et

complete

complete, sepedicto autem sculteto suisque posteris ducentas oves libere pacificeque pascere preter gregem ville, lepores agitare avesque capere. Ipse vero scultetus et sui posteri nobis servient cum equo proprio valente duas marcas grossorum. Qui quidem scultetus tenetur ab omnibus incolis ibi habitantibus elapsa libertate censum nostrum ex toto plenarieque extorquere, incolis autem prefate ville Kossowo damus concedimusque annorum duodecim libertatem. Elapsa vero libertate solvent nobis nostrisque successoribus singulis annis de quolibet magno manso maldratam triplicis annone, videlicet quatuor mensuras siliginis, quatuor tritici et quatuor avene et mediam marcam grossorum, nobisque semel in anno arabunt. Supradicti autem kmethones honorabunt nos singulis annis de quolibet manso ad festum Pasche per mediam sexagenam ovorum, ad festum autem Nativitatis beate virginis per duos pullos, superius vero nominati villani nobis et successoribus nostris tria prandia iuxta tria generalia iudicia que in anno celebraturi sumus dare tenebuntur, unum scultetus et duo kmethones, vel pro quolibet prandio fertonem grossorum persolvere. Sepedicti autem villani cum hortulanis de qualibet curia singulis annis nobis mensuram humuli dare tenebuntur. Ut autem hec donacio confirmacioque nostra robur perpetue obtineat firmitatis, paginam presentem scribi iussimus et nostro nostrique Capituli sigillorum munimine duximus roborandam. Datum Lubin in octava Epiphanie Domini, anno Nativitatis eiusdem 1368, presentibus his testibus, domino Iohanne de Morka, canonico Posnaniensi, Petro plebano de Lubin, Nadmiro de Zelevo, Slavoborio de Skrobiszewo et aliis fide dignis.

1368.

Magnifico principi duci Ludwico Dei gracia duci Slesie et domino Bregensi, fratri nostro carissimo. — Kazimirus Dei gracia rex Polonie. — Scripsit nobis fraternitas vestra, qualiter opida Cruczburg, Byczina et Welczin cum districtibus suis per genitorem vestrum vt asseritis, obligatas ab illustribus principibus ducibus Opaliensibus nepotibus nostris carissimis pro promptis pecunijs redimissetis, affectantes, vt capitaneis nostris daremus in mandatis, quatenus terras predictas manutenerent, protegerent ac defensarent. Super quibus immemores vos esse non credimus, nos alias Cruczburg et Byczina pro pecunijs nostris emisse literasque vestras et patris vestri desuper confectas habuisse et habere; Welczin vero a Dirscone depopulatore terrarum nostrarum et vestrarum ad iussum et preces patris vestri expugnauit nostra celsitudo. Quarum ciuitatum ciues, licet post mortem domini Bolconis felicis recordacionis olim ducis Swydnicensis, cui ipsas terras ad tempora vite sue concessimus tenendas, meminissemus de fidelitate nobis prestita per eosdem, tamen quia illustris Agnes relicta ducis Swydnicensis predicti nepotis nostri carissimi a nobis cum instancia postulauit, vt monicionès predictas, donec exequias debitas marito suo predicto celebraret, in suspenso haberemus, quod et fecimus vsque ad festum sancti Michaelis nunc proxime sequens annuendo. Vos autem tempore medio terras predictas, quarum possessio per duces Opulienses nepotes nostros de beneplacito fuerat realiter apprehensa, vt scribitis, occupastis nobiscum in pace tranquilla existentes. Igitur ciues opidorum predictorum monere non obmittemus de recuperacione eorundem cogitantes, ad quod eciam vices nostras, si necesse fuerit, quod non credimus, apponemus. Datum in Fredbors quodam opido nostre venacionis in die Natiuitatis sancte Marie virginis.

Grünhagen u. Markgraf: Lehns- und Besitzurkunden Schlesiens, Leipzig 1881, Tom I, str. 342, z kopijarza Antiquarius przechowanego w archiwum miejskiem we Wrocławiu f. 134 v.

1369.

[Dogiel, T. 1, s. 39-40.]

Ludouicus Dei gratia rex Hungarie etc. recognoscimus publice per presentes, quod cum in ciuitate nostra Budensi vna cum serenissimo principe domino Kazimiro eadem gratia rege Polonie, fratre nostro carissimo conuenissemus, expeditis et reformatis quibusdam negotijs rempublicam et commune bonum vtrorumque regnorum respicientibus, habito inter nos maturo tractatu et consilio baronum nostrorum, vnanimi voluntate censuimus et conuenimus, omnia pacta, conuentiones, ligas, confederationes primitus vtrobique habitas, factas, dispositas et firmatas, quoad omnes clausulas et puncta earum in suis iuxta tenorem literarum desuper confectarum firmitatibus et vigoribus irrefragabiliter permanere, promittentes bona fide et absque dolo et fraude, quod vnus alterum contra quaslibet personas cuiuscunque status, dignitatis et preeminentie existant, nullo penitus excepto vel excluso, et specialiter contra magnificum principem dominum Carolum Romanorum imperatorem et regem Bohemie, regna, terras et dominia nostra quelibet, que vel quas in presenti habemus aut inposterum possidemus (!), inuadere molientes, defensare, tueri, adiuuare, protegere et succurrere teneamur, non parcentes personis, laboribus et expensis, demum alternatim cum omni sinceritate promisimus, quod nullus nostrum in antea cum aliqua persona, de quibus premittitur, que nobis guerras mouere presumpserit, vel cui ipsas mouebimus, aliquas concordias perpetuas, contractus matrimoniales de personis nobis coniunctis, cum ipso imperatore et sibi coniunctis vniones, pacta et ligas siue treugas pacis faciet seu facere attemptabit quouis modo, alterutrius sine requisitione, consensu et beneplacita voluntate. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum Bude feria quarta Cinerum, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono.

Dogiel: Codex diplomaticus regni Poloniae etc. Tomus I, Vilnae 1758, str. 39.

Petrus epus. Lubucensis 1369 Jun. 25.

Cod Brand. 153. 28

Nos Petrus, dei et Apostolice Sedis Gratia Episcopus Lubucensis, ad universorum notitiam deducimus - quod orta dudum inter Dominum Henricum, bone memorie Episcopum Lubucensem, Predecessorem nostrum, et Capitulum suum Lubucense ab una, ac Serenissimum principem Dominum Kasimirum, Regem Polonie Illustrem, parte ab altera, materia questionis super occupatione, detentione seu spoliatione bonorum. Villarum, Jurium, Jurisdictionum Ecclesie nostre Lubucensis in ipsius Regis Polonie Dominio et Regno constitutorum et in Romana Curia diutius ventilata, quamvis pro predicto Predecessore nostro et Capitulo ipsius ac contra Dominum Regem pridem lata fuit Sententia definitiva per - Nicolaum, olim Episcopum Tusculanum, Cardinalem, cui eadem causa cum per - Innocentium Papam Sextum, tum per Dominum Urbanum Papam Quintum

fuerat

Riedel A. 20. pag. 237. LXXIII.

- fuerat delegata, tamen quia appellatione interposita pro parte dicti Domini Regis ad Sedem Apostolicam, ab eodem ipsa Sententia multipliciter videbatur impugnari, Nos una cum Capitulo nostro volentes Nobis et Ecclesie nostre consultius providere, mediantibus - Dominis Jaroslao, Archiepiscopo Gnesnensi, nec non Floriano Cracoviensi et Joanne Posnaniensi Episcopis, per Concordiam in Kalisz, quarta feria infra Octavas Epiphanie Domini, subanno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, presentibus et consentientibus Dominis Jacobo Engilgari, Petro de Loslavia, Joanne Conoplath, Nicolao de Bork et Nicolao Baran, Canonicus Ecclesie, et Procuratoribus Capituli Lubucensis factam et sub Sigillis Regalibus - Dominorum Regum Hungarie et Polonie, nec non nostris - roboratam, omnem materiam questionis duximus sopiendam. Verum quia per oblivionem in dicta Concordia de infrascriptis Articulis mentio aliqualis non habetur, pro qua timetur dicto Domino nostro Regi Polonie - in futurum - posse preiudici-

Cum

um generari, promittimus tenore presentium et spondemus, dictum Dominum Regem – – nullatenus vigore dicte Sententie ullo unquam tempore impetere, molestare vel quomodolibet impedire, imo prefate Sententie renuntiavimus et renuntiamus expresse per presentes. Item recognoscimus dictum dominum Regem Polonie nostrum et Ecclesie nostre verum Dominum et Patronum et ideo percepta omnia et singula ac expensas, ad quas dictus Dominus Rex Nobis et Capitulo nostro predicto per dictam Sententiam fuerat condempnatus, ponimus in gratiam eiusdem Domini Regis, sperantes indubie, ipsum virtute Nobilitatis sue etiam non coactum, Nos et Ecclesiam nostram Magnificentia Regia consolari, qui etiamsi nihil faceret, quod non credimus, pro eisdem, ipsa tamen percepta et expensis ab eodem Domino Rege petere nolumus in vita vel morte, nec notamus eundem propter hoc vel suos homines sive Terras incidisse in aliquas Suspensionis, Excommunicationis vel Interdicti finaliter latas, ab homine latas, canone vel statuto, et si forte notari possint

inci-

incidisse quoquomodo, consentimus ipsos homines et Terras suas ab eisdem absolvi etiam ad cautelam per quemlibet superiorem idoneum et Interdictum huiusmodi relaxari. In quorum omnium evidentiam pleniorem presentes Literas in forma publica inscribi et per Notarium publicum infrascriptum scribi fecimus et nostri Sigilli appensione muniri. Actum et Datum Cracovie in Domo habitationis Reverendi in Christo Patris Domini Jaroslai, divina providentia Sancte Gnesnensis Ecclesie Archiepiscopi, die XXV. Mensis Junii, hora vesperarum vel quasi, Anno Domini MCCCLXIX, Indictione septima. Presentibus Reverendis Patribus et Dominis, prefato Domino Jaroslao, Archiepiscopo Gnesnensi, Dobrogostio, Decretorum Doctore, Preposito, Arnoldo de Taucina, Scholastico Cracoviensi, Belczone, Scholastico Gnesnensi, Clemente, Archidiacono Calisiensi, Gnesnensis Diocesis, Joanne de Lesris, Preposito Lubucensi, Stanislao de Skrzyny, Canonico Cracoviensi, et aliis pluribus fide dignis testibus ad premissa. –

Et ego Nicolaus, quondam Michaelis de Radkowicz, Clericus etc. – –

Et ego Amboldus, Joannis de Campino Clericus etc. –

30

[1369]

Magnifice princeps, frater dilecte! Literas vestras querimonias contra dominum Zygneum capitaneum Welunensem continentes, noveritis nos recepisse, ad quarum tenorem dileccioni vestre taliter respondemus, quia aggeres, quos ipse dominus Zbigneus ut dicitis, destruxisset, ad nostrum littus fuerunt et erant constructi seu iuncti, que vivente domino Bolkone duce Swidnicensi tollerauimus graciose, et ipso iam deccedente vobis non valemus nec eciam volumus amplius tollerare, cum nostra bona videlicet Byczinam et Cruczeburg de facto occupatis et occupastis, que quidem opida fauente nobis altissimo omnino a vobis volumus rehabere. De equis vero, quos in castro Boleslawicz arrestastis, summum iusticie complementum reddere faciemus. Datum Cracovie dominica die post diem beati Francisci.

Grünhagen- u. Markgraf: Lehns- und Besitzurkunden Schlesiens, Leipzig 1881, tom I, str. 343, z kopii zawartej w kopijarzu zwanym Nudus Laurentius, f. 178, przechowanym w archiwum prowincyonalnem ~~miasta~~ Wrocławskiem. Pośrednio zaś ogłosił ks. dr. Wincenty Mosbach w dziele: Wiadomości do dziejów polskich z archiwum prowincyi Szląskiej, Ostrów 1860, str. 47.

[1369]

Illustrissimo principi domino Ludowico Dei gracia duci Bregensi fratri nostro carissimo Kazimirus dd[m] rex Polonie. Frater carissime! Scripsistis nobis, qualiter d. Zbigneus capitaneus Welunensis noster fidelis molendinum vestrum circa littus nostrum erectum, incendio duobus equis receptis, destruxisset. Et quia idem capitaneus nostram excepiens voluntatem, incendium huiusmodi si commisit, nullam penitus molendinorum structuram seu ereccionem in fluviis circa littus nostrum fieri admittat, ex quo limites regni nostri usque in Borek extenduntur, ideo fraternitas vestra capitaneo eidem egre ferre non debet in hac parte. Datum Chodecz dominica infra octavas Nativitatis Christi.

Z księgi rękopiśmiennej miasta Wrocławia zwanej Nudus

Laurentius, przechowanej w archiwum państwowem wrocław-skiem, ogłosił drukiem Mosbach w rozprawie: Wiadomości do dziejów polskich z archiwum prowincyi Szląskiej, Ostrów 1860, str. 47, oznaczając datę tak tego jak i powyższego listu między 28 lipca 1368 jako dniem śmierci Bolka księcia świd-nickiego a d. 5 listopada 1370 jako dniem śmierci króla Ka-zimierza i kładąc obydwa pod rok 1369.

Urbanus pp. V. licet cum filiabus Casimiri regis Poloniae dispensaverit, intentionis suae fuisse et esse declarat, ne hoc regi Hungariae reginaeque eius matri in successione praeiudicet.

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad administrandam in terris iustitiam iusti domini diligentis iustitiam licet insufficientibus meritis constituti, nullum ex nostris graciis atque iudiciis iniuste gravare intendimus, sed ius suum cuilibet, presertim regibus et principibus, nostris specialibus filiis, conservare, digneque dum expedire putatur, super hoc de oportuno remedio providemus. Dudum siquidem cum ad nostram audienciam pervenisset, quod ad conservandum et etiam ad augendum mutue dilectionis et affinitatis vinculum, quod inter carissimos in Christo filios nostros Carolum Romanorum imperatorem semper augustum ac Boemie et Kazimirum Polonie reges illustres vigere noscebatur, et ad quietem et pacem Boemie et Polonie regnorum salubriter confovendas erat expediens, quod carissimus in Christo filius noster Wenceslaus rex Boemie illustris, prefati imperatoris genitus, cum altera dilectarum in Christo filiarum Anne et Cunegundis predicti regis Polonie natarum matrimonialiter copularetur; idque pro eo, quod Wenceslaus et nate predicti quarto consanguinitatis gradu invicem se contingebant, fieri non posset, dispensatione super hoc apostolica non obtenta, dicteque etiam Anna et Cunegundis defectum natalium, utpote de coniugato et soluta genite paterentur: nos dictorum imperatoris et Polonie regis suorumque regnorum contigua sibi vicinitate iunctorum quietem et pacem ac mutue dilectionis augmentum, nec non profectum publicum, que tam Romane ecclesie quam universe fidei, cuius hostes dicto Polonie regno conterminant, proventura prospiciebamus, diligentius attendentes ac sperantes, quod ex huiusmodi matrimonio, si ad optatum, Deo auctore, perduceretur effectum, multa ecclesie, fidei ac regnis predictis bona provenirent, ex premissis et aliis certis causis cum prefato Wenceslao et altera predictarum Anne et Cunegundis, quam imperator et rex Polonie predicti ad hoc ducerent eligendam, ut impedimento, quod ex dicta consanguinitate proveniebat, non obstante, imperator pro Wenceslao impubere et rex Polonie prefati pro altera dictarum filiarum suarum infantium, quam, ut prefertur, imperator et rex Polonie predicti eligerent, sponsalia de futuro ex nunc, dictoque Wenceslaus et altera dictarum filiarum, que sic electa foret, cum ad etatem ad hoc aptam pervenirent, matrimonium insimul contrahere, et in eo, postquam contractum foret, remanere licite valerent, auctoritate apostolica de speciali gracia dispensavimus, prolem suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam nuntiantes, et insuper ex causis et considerationibus supra-

./. dictis, ad hoc ut huiusmodi sponsalia et matrimonium honestius et decentius contraherentur, volentes illam ex dictis Anna et Cunigunde, quam dicti imperator et Polonie rex eligerent, ut prefertur, legitimationis titulo decorare, eam, que sic electa foret, auctoritate prefata et de apostolice plenitudine potestatis legitimavimus, et ad natalia omniaque iura legitima restituimus, et cum ea, ut tanquam legitima et de legitimo thoro nata, ad successionem et quoscunque honores et actus legitimos admitti, defectu natalium premisso et quibuscunque constitutionibus et consuetudinibus contrariis nequaquam obstantibus, licite posset, duximus etiam dispensandum; ita tamen, quod per legitimationem et dispensationem huiusmodi nullum carissimo in Christo filio nostro Ludovico regi Ungarie ac Elizabet Romanorum imperatrici semper auguste et Boemie, ac Elizabet Ungarie reginis illustribus, nec non dilecto filio nobili viro Kazimiro duci Stetinensi, dictorum regis Polonie et filiarum suarum consanguineis, et eorum vel alicuius eorum heredibus et successoribus aut quibuscunque aliis preiudicium generaretur, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur. Nuper autem pro parte dictorum regis et regine Ungarie fuit nobis expositum, quod cum ipsi Kazimiro regi decedenti absque filiis legitimis ex se natis, regina, si superstes esset, utpote soror eius et sibi proximior immediate seu primo loco et Ludovicus rex prefati secundo loco tam de iure, quam ex conventionibus per eos cum memorato Kazimiro habitis in hac parte, deberet succedere in regno Polonie prelibato, et ab aliquibus dubitetur, propter legitimationem et ad natalia et iura legitima restitutionem, et alia supradicta ipsis regine et regi Ungarie in ordine successionis huiusmodi posse preiudicium generari, et propterea supplicatum, quod super conservatione sui iuris in hac parte providere de oportuno remedio dignaremur: nos huiusmodi iustis supplicationibus inclinati, tenore presentium auctoritate apostolica declaramus nostre intentionis fuisse et esse, quod eisdem regine et regi Ungarie ex huiusmodi nostris legitimatione, restitutione et dispensatione nullum tam in ordine successionis in dicto regno Polonie, quam alias quomodolibet preiudicium generetur, ac si dicte legitimatio, restitutio et dispensatio minime facte forent. Nulli ergo etc. Datum Rome apud sanctum Petrum nonis Decembris, pontificatus nostri anno octavo.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Tom. II, Romae 1860, N. 171.

I. L. B. ak — 2. CXXXVIII. — 32

Judicium Rawense piscinam ~~circa~~ prope Goram jacentem praeposito de Yeszew adjudicat.

1370. Nos Nicolaus judex et Michael subjudex Rawensis, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quibus aperta fuerit notitia subscriptorum: Quod cum coram nostra presentia in Rawa feria quinta post diem Petri et Pauli apostolorum ~~et~~ beatorum inter religiosum virum dominum Precslaum prepositum de Yeszew tanquam actorem parte ab una et inter Andream et fratres eius germanos heredes de Wola 2) super utriusque litus piscine ibidem inter Goram et libertatem 2) (?) parte ex altera, materia questionis fuisset exorta: Tandem nos intellectis meritis cause, auditisque allegacionibus partis utriusque, solum deum pro oculis habentes, eidem Preczslao preposito de Yeszew iam nominato prefatam piscinam cum utroque litore, nec non ipsius utilitatibus adjudicavimus. Prefato Andree et suis fratribus germanis pro hujusmodi perpetuum silencium imponentes. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum die et loco quibus supra Anno domini Millesimo Trecentesimo LXX° (1370) presentibus nobilibus viris dominis et discretis Gawardo vexillifero Rawensi, Clemente subvenatore, Pacoslao herede de Kopriwna 4), Roszdalo herede de Kurdwanowo 4), Jacobo plebano Rawensi, et aliis quam plurimis testibus fide dignis ad premissa.

Na pargaminie. Pieczęć sędziego na rzemieniu woskowa czerwona, wycisk nadgnieciony, wszakże imię Nicolai całe i wyraźne. Druga pieczęć podsędka oderwana. Oryginał znajduje się w Archiwum Kommissyi Wojewódzkiej Mazowieckiej.

Drukowany w Temidzie T. VI. pag. 422 seq.

[Perzanowski, nr 98]

Albertus abbas etc. monasterii Lubinens. 1370 Dec. 5, Lubyn;

In nomine Domini amen. Quoniam acta et voluntates hominum variari sepe solent, nisi fuerint testium subsidio, scripturarum suffragio et lucide roborata, noverint igitur universi presentes et posteri presens scriptum inspecturi, quod nos Albertus, miseracione divina abbas una cum conventu fratrum nostrorum monasterii Lubinensis ex bona deliberacione vendidimus pro locacione scultheciam in hereditate nostra que Swyanczicz wlgariter nuncupatur pro quindecim marcis grossorum iure theutonico locandam, videlicet super magnos mansos, viris providis et discretis Nicolao et Petro suisque filiis legittimis natis ac nascendis libere, perpetue possidendam. Ad quam scultheciam damus eis duos magnos mansos et duos ortos, tabernam, pistrinum, macellum, fabrum, sutoriam, de judicio tercium denarium, resignaciones, iuramenta ex integro. Damus eciam eisdem sculthetis et suis posteris trecentas oves libere pascere preter gregem ville, agitare leporem, aves capere, swasones et perdices. Assignamus eciam eisdem molendinum ventosum habere in agris suis, ubi eis melius et conveniencius videbitur expedire. Ipsi vero sculteti incole et ipsorum posteri nobis servient in equo valente duas marcas grossorum. Incole vero dicte ville censum nobis solvent annuatim de quolibet manso maldratam triplicis annone, videlicet quatuor mensuras tritici, quatuor sili-

ginis

ginis, quatuor avene et mediam marcam grossorum, unum fertonem pro decima et alium pro censu. Arabunt nobis tres dies in anno. Honorabunt nos eciam dicti villani singulis annis de quolibet manso ad festum Pasce per triginta ova et unum latus carnium pro octo scotis et per duos pullos, ad Nativitatem beate Virginis eciam per duos pullos. Tria generalia iudicia ibidem celebraturi sumus singulis annis, in quibus kmetones nobis duo prandia dare tenebuntur, sculteti vero unum, vel pro quolibet prandio fertonem grossorum persolventi; prefati eciam villani de qualibet curia unam mensuram humuli dare tenebuntur. Ut autem hec vendicio et donacio robur perpetue optineat firmitatis, presentem litteram nostri et nostri Capituli sigillorum impressione fecimus roborare (sic). Actum et datum Lubyn in vigilia sancti Nicolai, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo, presentibus his testibus, nobilibus ac religiosis viris, videlicet Pacossio Scedrzibus conis, Johanne fratre eius, herede de Girka, Pribislao de Ossiek, neonon fratribus eiusdem monasterii, domino Nicolao priore, Bartholomeo cantore, Johanne custode, Nicolao preposito de antiqua Gostin et aliis quam pluribus fidedignis.

1371.

Gregorius pp. XI. Ludvicum regem Hungariae hortatur, ut quaedam bona debita Romanae ecclesiae per quondam regem Poloniae restitui mandet.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Carissimo in Christo filio Ludovico Ungarie et Polonie regi illustri salutem et apostolicam benedictionem. Cum clare memorie Kazimirus rex Polonie camere nostre apostolice in diversis pecuniarum summis, dum viveret, prout dilectus filius Arnaudus de Caucina scolasticus ecclesie Cracoviensis, apostolice sedis nuncius, excellentie tue latius exponet, legitime teneretur: serenitatem tuam nobis caram rogamus et hortamur attente, quatenus pro nostra et apostolice sedis reverencia de huiusmodi pecuniarum summis prefato nuncio predicte camere nostre satisfieri facias; et eciam de quadraginta marchis grossorum Boemialium, pro quibus quedam domus eidem camere efficaciter est obligata, prout per instrumenta publica legitime constare potest, vel saltem domum ipsam iuxta obligationem huiusmodi eidem nuncio facias dimicti, ipsumque nuncium sic in premissis et aliis nostris et Romane ecclesie matris tue negociis habeas commendatum, quod ipse magnificentie tue fultus presidio commissa sibi dicte sedis negocia bene peragere valeat, nosque sinceritatem tuam dignis in Domino laudibus attollamus. Datum Avinione XVI. kal. marcii, pontificatus nostri anno primo.

In e. m. carissime in Christo filie Elizabeth seniori Ungarie et Polonie regine.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Tom. II, Romae 1860, N. 208. – Acta extera Tom. III, N. 2, str. 4.

[Perzanowski, nr 100] pag. 136. 156.

Przibislaus her. Gryszynens. et castellan. Premuntens. 1371 Mai. 1, in Kryzywyn; 35

In nomine Domini amen. Acta solenniter gesta oblivio delet que nec proborum virorum testimonio, nec scripturarum stabili fulciantur firmamento. Igitur nos Przibislaus, heres Kryszynensis et castellanus Premuntensis, notum facimus omnibus et singulis tam presentibus quam futuris ad quorum audienciam presens scriptum fuerit devolutum, quod cupientes nostram hereditatem reformare et in ius theutunicale in magnosque mansos locare que wlgariter Wlawie nuncupatur et in eadem hereditate animo deliberato mutuoque consilio vendidimus provido viro Andree suisque legittimis pueris natis ac nascendis sculteciam ad quam sibi unum mansum cum dimidio libere pomerium, ortos contra suos agros quos construere poterit, tabernam, carnificium, pistoriam et fabrum, prata contra agros suos iacencia, duas insulas retro vicinas iacentes, littus seu rippam Obre cum gulgustris, piscare et hoc in opposito suis agris sicut late continentur, tercium denarium de omni re iudicata per scabinos, alterum dimidium centum ovium pro se in proprio suo grege pascere debebit cum habere potuerit, non ante gregem vicinorum, sed postea expellere debet. Hec et omnia predicta sibi suisque legittimis pueris pro sedecim marcis grossorum vendidimus eaque iure hereditario ac libere debet perpetue optinere tali tamen condicione interiecta, quod expirata libertate prefatus

scultetus

scultetus aut sui posteri nobis et posteris nostris in equo valente duas marcas servire sit astrictus ad expedicionem regis generaliter proclamatam taliter cum nobis reis pro damno steterit tunc et nos sibi pro damno stamus, scilicet cum nobis pro damno non stabunt, tunc neque nos sibi scilicet in aliis nostris legacionibus cum equum suum perderet aut nos perderemus equum ab eo receptum, extunc nobis servire non tenebitur, donec sibi pro suo equo satisfaciemus et ipsum persolvemus. Insuper incole habitantes in prenominata hereditate nobis aut nostris successoribus singulis annis in festo sancti Martini unam marcam tam pro frumentis quam pro pecuniis censuare debebunt et tenebuntur de quolibet manso et racione decime per quatuor scotos, et eciam kmetones pretacte hereditatis omnibus solucionibus ad expedicionem pertractibus perpetue sint absoluti ac liberi, nosque in Nativitate Domini nostri Jesu Cristi singulis annis de quolibet manso per quatuor pullos ac in festo Pasce per capete ovorum et per scapulam honorare tenebuntur, quater in anno nobis arare sint astricti. Item de tribus judiciis generalibus, videlicet scultetus de uno, kmetones de duobus per quatuor scotos persolvent. Et cum ad expedicionem pro nostra indigencia ab ipsis aliquam pecuniam reciperemus, illam eis de censu ipsorum defalcare debemus. Et ut hec empcio et ordinacio sit firma, stabilis et perseverans, hanc litteram jussimus conscribi nostroque sigillo communiri. Acta sunt hec coram nobilibus viris et discretis: domino Pribislao herede de Ossziek, Przemilo herede de Rogaczewo, Milkone Begonski, Swantkone de Ossek sculteto, Mikarone sculteto de Spithkowicze, Paulo sculteto de Wiscocz et aliis quampluribus fide et honore dignis, per manus Johannis Stole in Krzywyn in die Philippi et Jacobi beatorum Apostolorum, sub anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo.

Gregorius pp. XI. Ludovicum regem Hungariae hortatur, ut bona dotalia Adelaidi reginae Poloniae pro usu suo assignata dimittat.

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei. Carissimo in Christo filio Ludouico Ungarie et Polonie regi illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Ad illa te, fili carissime, libenter inducimus ac precibus exhortamur, que pietatem sapiunt, teque in conspectu regis eterni reddere valeant gratiosum. Sane nuper pro parte carissime in Christo filie Adelaydis regine Polonie illustris nobis fuit expositum, quod dudum clare memorie Kazimiro rege Polonie viam uniuerse carnis ingresso, tu qui in regno Polonie successisti, seu nonnulle gentes tue omnia bona, que eidem Adelaydi in dotalio data fuerant, et eorumdem bonorum possessionem recepisti. Cum autem regalem excellenciam non deceat bona ipsa detinere, eandem excellenciam rogamus et hortamur in Domino, illam attencius deprecantes, quatinus pro nostra et apostolice sedis reuerencia ac pietatis et tui honoris intuitu bona ipsa, que eidem Adelaydi in dotalio, ut premittitur, fuerunt assignata, et de quibus per litteras autenticas super hoc confectas eiusdem Kazimiri regis ac quamplurimum principum et aliorum nobilium sigillis sigillatas apparere potest, ipsorum bonorum possessionem in pace dimittas eam bonis ipsis gaudere libere permittendo; ita quod omnipotentem Dominum tibi constituas propicium, nosque, qui te sincere diligimus, deuocionem tuam dignis in Domino laudibus attollamus. Datum Auinione XII. kal. Junii, pontificatus nostri anno primo.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Tom. II, Romae 1860, N. 209. – Acta extera, Tom. III. N. 3, str. 5.

[Perlbach]

26

157 / 37

Kölner Cop. fol. 33a n. 71.

Johannes abbas Landens. 1371, Nov~~ember~~ 3, ~~Ląd~~ in monasterio Landensi;

Abt Johann von Ląd bestimmt, daß im Dorfe Kladau nur 4 Krüge bestehen dürfen.

Clodano.

Nos frater Johannes abbas Landensis monasterii Cysterciensis ordinis dyocesis Gneznensis notum fieri volumus universis presentem litteram visuris et audituris, quod mediante consolio(!) et unanimi consensu nostri conventus comodo et profectu ville nostre Clodaua dicta in hoc diligenter perpensatis annuimus et per presentes admittimus quod taberne tantum quatuor sint et erunt deinceps villa in predicta promittentes in hiis scriptis nullam seu nullas tabernas ibidem de novo superaddere vel locare. Concedimus nichilomus tabernatoribus et eorum successoribus non alio seu aliis, quod in suis tabernis vendere possint cerevisiam panes carnes pisces sal pisum butirum caseos et generaliter omnia que humano victui sunt necessaria liberam facultatem excepto tamen uno ortulano quem circa iura sibi a nostris predecessoribus concessa volumus per omnia conservari. Preterea damus et adiungimus dictis tabernis et earum habitatoribus pratum quod ad mensam nostri conventus dudum pertinebat cum orto uno de quatuor scotis, qui est situs prope tabernam Petri molendinatoris sub condicione et solucione infrascripta videlicet quod prefati tabernatores et eorum posteri racione census singulis annis in die beati Martini episcopi et confessoris nobis et nostro monasterio decem marcas monete currentis in terra dominorum Prusie solvent et solvere tenebuntur, occasione qui~~bus~~ libet procul mota et dicte quantitatis pecuniam rectori curie nostre in Godziices (?) in termino prenotato dabunt et assignent, ita dumtaxat quod memoratus Petrus molendinator et sua posteritas ostensores et conservatores presencium litterarum de sua taberna et porcione que ipsos tangit de censu ~~iam~~ ante dicto duas marcas et decem scotos dicte monete nobis et nostro monasterio ut premittitur dabunt

solventur termino et loco supradicto hoc adiecto quod sepedicti tabernatores et eorum sequaces iure sedebunt Teutunicali et quocunque delicto crimine seu causa fuerint accusati coram nostro sculteto et non alibi sicut ceteri incole dicte ville iudicialiter respondebunt. Ne autem de omnibus et singulis prescriptis aliqua possit in posterum dubietas exoriri presens privilegium fieri et sigillis nostris ad perpetue firmitatis robur fecimus communiri. Datum in prefatu (!) nostro monasterio sub anno domini M° CCC° LXX° primo tercia die mensis Novembris presentibus confratribus nostris Johanne priore, Gerardo superiore Gotschalko cellerario, Gothfrido ~~forrio~~ firmario?, Rulkino portario et ceteris pluribus fide dignis.

cop. et coll.
14. XII. 82. P.

1372.

Gregorius pp. XI. Ludovico regi Hungariae litteras dispensationis pro filiabus Casimiri regis Poloniae mittit.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Carissimo in Christo filio Ludovico regi Ungarie illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut dudum tue celsitudini scripsisse meminimus litteras apostolicas super dispensatione pro filiabus clare memorie Kazimiri regis Polonie, per nos concessa ex certis rationabilibus causis, per dilectos filios nostros Guillermum tituli sancti Clementis et Petrum tituli sancti Laurentii in Damaso presbiteros cardinales fecimus conservari. Nunc autem ipsas per dilectum filium Cherubinum natum dilecti filii Iohannis Legiste nuntium tuum, latorem presentium, eidem celsitudini, cuius certe honestis votis annuere cupimus, destinamus. Datum Avinione XI. kal. Maii, pontificatus nostri anno secundo.

Theiner: Vetera Monumenta historica, Hungariam sacram illustrantia, Tom. II, Romae 1860, N. 227.

1372.

Gregorius pp. XI. Ludovico regi Hungariae et Poloniae, Petrum Stephani canonicum Agriensem, nuntium apostolicum commendat.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Carissimo in Christo filio Ludouico regi Ungarie et Polonie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Sincere deuotionis affectus, quem ad nos et Romanam ecclesiam matrem tuam gerere comprobaris, spem ingerit indubiam cordi nostro, quod preces nostras tibi directas, prosecutione laudabili adimplebis. Cum itaque dilectum filium Petrum Stephani canonicum Agriensem, apostolice sedis nuncium, in tuis regnis Ungarie et Polonie fructuum et prouentuum camere apostolice debitorum collectorem duxerimus deputandum, ac fauor tuus eidem Petro in exercendo huius collectorie officio sit plurimum oportunus: serenitatem tuam nobis caram rogamus et hortamur attente, quatenus pro nostra et apostolice sedis reuerendia eundem Petrum ac succollectores, quos deputabit, in colligendis et recuperandis nostris et dicte camere nostre iuribus et debitis, prout plene confidimus, habere velis fauorabiliter commendatos. Datum Auinione XII. Kal. Nouembris, pontificatus nostri anno secundo.

In e. m. carissime in Christo filie Elizabeth seniori regine Ungarie et Polonie illustri.

Theiner: Vetera monumenta historica, Hungariam sacram illustrantia, Tom. II, Romae 1860, N. 252.

1372.

Gregorius pp. XI. Elizabetham seniorem reginam Hungariae et Poloniae hortatur, ut camerae apostolicae de certis pecuniis, quas debebat Casimirus rex Poloniae, satisfieri iubeat.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Carissime in Christo filie Elizabeth seniori Ungarie et Polonie regine illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Ad illa te, filia carissima, libenter inducimus ac precibus exhortamur, que honestatem sapiunt teque in conspectu regis eterni reddere valeant graciosum. Cum itaque clare memorie Kazimirus rex Polonie, germanus tuus, certas pecuniarum summas ad cameram nostram pertinentes, dum vivebat, receperit, ad quorum restitutionem, dum decessit, tenebatur, tuque eidem regi successisses, serenitatem tuam rogamus et hortamur in Domino, eam attentius deprecantes, quatenus pro nostra et apostolice sedis reverentia, et etiam tui honoris intuitu de huiusmodi pecuniis, ne eciam proinde anima dicti tui germani penas sustineat, dilecto filio Petro Stephani apostolice sedis nuncio ac fructuum et proventuum camere apostolice in partibus illis debitorum collectori nomine dicte camere recipienti satisfieri facias atque mandes, in hoc taliter te habendo, quod non oporteat aliud remedium adhiberi, sed proinde humane laudis attolli preconio merearis, nosque sinceritatem tuam non immerito commendare possimus. Datum Avinione XVIII. Kal. Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Tom. II, Romae 1860. p. 263.

1373.

Johannes Dei gracia marchio Moravie ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus tenore presencium deuenire, quod attendentes ex animo grata et accepta seruicia dilectorum fidelium nostrorum juratorum .. consulum et communitatis ciuium ciuitatis nostre Brunnensis, que nobis necnon clare memorie illustri principi domino Johanni, olim regi Boemie, genitori nostro karissimo, in magnis et arduis negociis impenderunt hactenus et aucto fidelitatis studio impendere continue non desistunt, eisdem ciuibus, vt dicta ciuitas eorum dilatetur honoribus et felicibus votiuisque prestante altissimo successibus augeatur, concedendum duximus et eciam indulgemus, quod omnes et singuli mercatores et vectores cum quibuslibet ipsorum mercibus et curribus tam de Austria, quam Vngaria et Polonia aut vndecunque alias venientes, solum per ciuitatem Brunnensem predictam et non aliunde via publica et strata regia venire, ire debeant et transire. Quocirca vniuersis et singulis .. capitaneis .. camerariis .. subcamerariis .. judicibus et ceteris officialibus nostris per Morauiam constitutis, seriose committimus et mandamus, omnino volentes, quatenus ipsi et quilibet eorum, qui et prout a predictis ciuibus fuerit requisitus, prefatos mercatores et vectores, vt cum dictis rebus et mercibus eorum per prefatam ciuitatem Brunnensem transitum juxta dictam concessionem nostram faciant, per arrestacionem et occupacionem bonorum ipsorum et modos alios, prout expedire conspexerint, auctoritate nostra districtius arceant et compellant. Statuimus insuper omnino volentes, vt nullus de Austria stratam versus Lauczayns per Meneys cum rebus et mercibus, sed per Brunnam transire debeat quoquomodo. Si quis autem secus contra statutum et mandatum nostrum huiusmodi faceret, rebus et mercibus suis per nostros iamdictos priuetur officiatos omnino. In quorum testimonium presentes literas scribi et sigillo nostro jussimus communiri. Datum Spilberg anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tercio, in vigilia natalis sancti Johannis Baptiste.

Z oryginału pargaminowego przechowanego w archiwum miejskiem w Brnie, ogłosił drukiem Brandl w Codex diplomat. et epistol. Moraviae. Tom X. N. 193.

Andreas abbas totusque Conventus in Paradiso 1373 Nov. 25.

Singulis et universis harum notitiam habituris, nos Frater Andreas, Abbas, totusque Conuentus in Paradiso, Ordinis Cisterciensis, Posnaniensis Diocesis, scire damus liquide per effectum publice protestantes, quod Consules ciuitatis noue Landesbergk partem hereditatis nostre Kernin, in dicta Diocesi Posnaniensi sitam, ab alueo fluminis Warte usque ad distinctionem terminorum inter nos et ipsos factam, hactenus a nobis titulo censuali, videlicet XII talentorum piperis, possiderunt et adhuc possident, prout in literis super eodem contractu confectis plenius continetur. Datum in Paradiso, anno domini M°. CCC°. septuagesimo tertio, in die B. Catharine, nostris sub sigillis in euidens testimonium premissorum.

[Kuraś: Zbiór dokumentów małopolskich. Cz. I. s. 189-190.]

1374. [6.VIII, Stobnica]

In Cristi nomine amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Elisabeth Dei gracia Ungarie et Polonie regina senior notificamus presentibus et futuris, quibus expedit, vniuersis, quoniam oblata peticio nostre celsitudini discreti viri Nicolai plebani de Paczanow continebat, quod medietatem suam ville Szeglino dicte, de iure Polonico in ius Theutunicum Maydburgense conuertere dignaremur. Et quia nostra veraciter didicit magnitudo, quod alia medietas dicte ville monasterij Calui Montis cum alijs villis adiacentibus iure Theutunico est dotata et priuilegiata, ideo volentes eidem Nicolao plebano de Paczanow et eius successoribus facere in premissis graciam specialem, precibus ipsius instantibus generose acclinate, exnunc eandem medietatem ipsius ville Szeglino, sitte in terra Sandomiriensi prope Paczanow, de iure Polonico aliás inibi obseruato, in ius Theutunicum Maydburgense iuxta consuetudinem terre transferimus, ibidem temporibus perpetuis duraturis: remouendo ab eadem medietate ville omnia iura Polonicalia, modos et consuetudines vniuersas, que dictum ius, vt plurimum, solent perturbare. Absoluimus insuper, eximimus ac perpetuo liberamus scultetum, omnes cmethones, tabernatores, molendinatores et quoslibet incolas medietatis ville predicte ab omnibus iudicijs, iurisdiccionibus et potestatibus omnium palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum regni nostri Polonie et officialium eorumdem ita, quod coram ipsis vel eorum aliquo pro causis tam magnis, quam paruis, vtputa furti, sanguinis, homicidij, incendij, membrorum mutilacionibus et alijs quibuscumque cittati, mi-

./.

nime respondere aut aliquas penas exsolvere tenebuntur; sed tantummodo Amethones et incole medietatis ville prehabite coram eorum sculteto, scultetus vero coram suo plebano, qui pro tempore fuerit respondebit; si autem in reddenda iusticia aliquo modo negligens fuerit, tunc coram nobis aut nostro iudicio generali, dum tamen per nostram litteram, sigillo nostro sigillatam, evocatus fuerit, de se querulantibus non aliter, nisi iure ipsius predicto Maydeburgensi respondere sit astrictus. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis, eidem sculteto iudicandi, senteciandi, puniendi et condempnandi damus plenam et omnimodam potestatem, prout dictum ius Theutunicum Maydburgense in omnibus articulis suis, clausulis, sentencijs et punctis postulat et requirit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Sobinica die dominico in crastino beati Dominici confessoris, anno Domini millesimo CCC° LXX° quarto. Presentibus dominis: Dobeslao palatino Cracoviensi, Zawissio Woyniciensi, Petro Sandecensi castellanis, Wlothcone de Charbinowicze pincerna, Prandotha tribuno Cracoviensi necnon honorabili viro domino Zawissio archidiacono et cancellario Cracoviensi, per cuius manus presens privilegium est datum.

Notificationes e curia principis episcopi Cracoviensis N. 1710 z r. 1894, IV, str. 57.

1374.

Gregorius pp. XI. Elisabetham seniorem reginam Hungariae et Poloniae hortatur, ut camerae apostolicae de certis pecuniis, quas Casimirus rex Poloniae a collectoribus acceperit, satisfieri iubeat.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Carissime in Christo filie Elizabeth regine Ungarie et Polonie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Cum dudum clare memorie Cazimirus rex Polonie, germanus tuus, dum agebat in humanis, mille quingentas quinquaginta quinque marchas grossorum Pragensium et ducentos florenos auri a collectore fructuum et prauentuum camere apostolice in illis partibus debitorum de propriis pecuniis dicte camere receperit, nosque et predicta camera pro variis necessitatibus nobis et Romane ecclesie, matri tue, incumbentibus huiusmodi pecuniis indigeamus plus solito de presenti: serenitatem tuam, quam in adimplendis votis nostris promptam semper invenimus et paratam, rogamus et hortamur in Domino, eam attentius deprecantes, quatenus cum eidem germano tuo in regno Polonie successeris, de premissis mille quingentis quinquaginta marchis et ducentis florenis auri prefate camere nostre apostolice pro nostra et apostolice sedis reuerencia ac etiam tui honoris intuitu satisfieri facias atque mandes, in hoc taliter te habendo, quod omnipotentem Dominum tibi constituas propicium, nosque sinceram deuocionem tuam dignis in Domino laudibus attollamus. Datum apud Pontemsorgie Auinionensis diocesis XVII. kal. octobris, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Tom. II, Romae 1860; N. 298.

[Rykaczewski, s. 304. Reg:] 45

Cracoviae 1375 d. 29 m. Junii

Elisabeth Ungariae et Poloniae regina viduam advocati Brzeznicicensis de variis vectigalibus censibusque eximit.

Ks. M. 23/845.

1375. In nomine domini amen. Quod Magnifica Regia decrevit fieri auctoritas ratam atque stabile debet perpetuis temporibus durare. Noverint igitur quibus expedit universi Quod nos Elizabeth dei gracia Regina seniorum Ungarie et Polonie inspectis Bethere vidue post pescorem Advocatum in Brzeznycza servitorem nostrum dilectum multis peticionibus ac ipsis beniginter acclinata pro nostra civitate eadem Brzeznycza nuperime per ignem concremata a nostro censu Exaccione et qualibet contribucione omnimodam damus libertatem. Concedimus eciam prefate Bethere Quod omnes Incole prefate Civitatis que voluerint possunt in ipsius Curia Advocacie morari Cervisias braxare et alias mercancias exercere et ab omnibus solucionibus nostris et nostrorum Civium fiant exempti perpetue concedimus duraturum. Et si aliquod bellum foret infra prefatos decem annos libertatis ipsa Bethka aut sui filij et successores non tenebuntur ad ipsum equitare neque destinare. Carnifices vero sutores et pistores panum et omnesque penestice que vendunt res ad comedendum possunt in locis suis opera sua exercere et vendere et censum prefate Bethere et suis filijs et successoribus solvere usque demus ipsis et Cameras de novo edificabit. Actum Cracovie Anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto in die beatorum Petri et Pauli Apostolorum. Presentibus dominis
Joanne Castellano
Dobeslao Palatino Cracoviensibus
Jascone Smitha Capitaneo Siradiensi
Nicolao Cracoviensi
Pelka Sandomiriensi Iudicibus ac Thomcone subagazone Cracoviensi et alijs multis fidedignis. Datum per manus domini Zawissze Archidiaconi et Cancellarij Cracoviensis

Cracov. 19 Juni 1509. confirmatum est.

Sieradzkie

1376.

[Monumenta Hungariae Historica t. 4, III]

Lodovicus Dei gracia rex Vngarie, Polonie, Dalmacie etc. vniuersis et singulis prelatis, castellanis, palatinis ac personis ecclesiasticis, capitaneis, baronibus, nobilibus, burgensibus, burgrabus, theloneatoribus necnon officialibus in regno nostro Polonie omnibus constitutis, nostris fidelibus, graciam regiam et omne bonum. Noveritis nostri fideles et dilecti, quomodo venerabilis vir dominus Winric de domo Theutonica magister Cruciferorum generalis nobis per ambasciatores suos solempnes pro transitu viarum securo et perfecto modo et consuetudine recolende memorie awnculi nostri preclari in regno nostro Polonie obtinendo, multipliciter nostre mayestati supplicauit. Nos itaque dignis et satis aptis peticionibus ipsius magistri fauorabiliter annuentes, exnunc omnibus ciuibus, mercatoribus ac eorum hominibus ciuitatis Thorunensis de nostra regali munificencia concedimus ab ipsa ciuitate Thorun vsque Sandomir nostram ciuitatem, a Sandomir versus Russiam et Vngariam per Bardyow vijs et stratis publicis consuetis eundi et redeundi plenam et omnimodam, saluis nichilominus iuribus et theloneis nostris regalibus, libertatem, facultatemque largimur. Igitur vobis omnibus prenarratis ac regnicolis quibuslibet, qui presentibus fueritis requisiti, regalis nostre celsitudinis sub edicto firmiter committimus et mandamus, quatenus vniuersos ciues, mercatores ac eorum homines, necnon incolas dicte ciuitatis Thoruniensis per vias expressatas habeatis integros et aliorum quorum interest theloneis absque omni molestia et impedimento per vestras tenutas libere transire permittatis et secure: in eo nostre regalis complacencie singulare indicium ostensuri. Datum et actum Sandomir sabbato in crastino Conuersionis beati (Pauli) apostoli gloriosi, anno Domini M. trecentesimo septuagesimo sexto.

Acta estera Tom. III, N. 116, str. 130, z oryginału przechowanego w archiwum miasta Toruńia.

4

1377. 4/10 [A.G.i Z., T. 5, nr. 12.]

Nos Ladislaus dei gracia dux Opoliensis, Welunensis et Russie, tenore presencium vniuersis et singulis, tam presentibus quam futuris, cupimus fore notum, quod Ciuitatem nostram Lemburgensem cupimus specialibus comodis suffulcire. Statuimus de consilio nostrorum fidelium, quod postquam pro Se, de archiepiscopali Lemburgensi Ecclesia Kathedralis constructa fuerit in Lemburga Ciuitate nostra, quilibet prelatus, Canonicus, vicarius, vel alterius Status presbiter, ad eandem Kathedralem Ecclesiam pertinens, emens et comparans pro se aliquam domum ciuilem illiberam, de qua eciam Ciuis, qui in ipsa resedit, exacciones soluit, vigilauit, aliaqua Iura ciuilia Ciuitati amministrauit, hic prelatus, Canonicus aut vicarius, pari forma, veluti (sic) alter Ciuis, exacciones soluere, vigilare, et alia Iura ciuilia, quociens oportunum fuerit, dicte ciuitati tenetur amministrare. In cuius rei testimonium, Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Lemburga die sancti Francisci confessoris, Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

Z oryginału pergaminowego do osoby prywatnej należącego, u której na taśmie pergaminowej jest zawieszona pieczęć na tarczy środkowej wyobrażająca głowę, nad którą Orzeł Piastów Śląskich na małej unosi się tarczy, a po bokach na małych tarczach herby ~~ksi~~ Ziemi Wieluńskiej i Ruskiej. Napis okólny: „Ladislaus dux opolien dns russie et welunensis.”

1379. [20. IV.]

Nos Jacusius Judex in Kowari dni Dobeslaij Palatini Cracoviensis, heres de Wola, notum facimus, quibus expedit universis, presentem literam inspecturis, quod cum honestus vir dominus Abram heres de Szemerzicz veniens coram nobis in termino peremptorio per nos posito et assignato, terciam partem molendini acquisivit super Jacobo molendinatore in molendino dicto Barlog, Nos vero illam acquisicionem eidem dno Abrahe adiudicavimus, sibi tenere perpetualiter ac pacifice posidere, cum omnibus utilitatibus ad eandem partem molendini pertinentibus, nichil pro se penitus aut pro suis *) possessoribus pro se tenuit et posedit, sic ipsam partem prefato dno Abrahe resignavit. Nos vero illam resignacionem ratam gratam habentes atque firmam, roboramus, ratificamus, sigillum nostrum duximus duximus appendendum. Actum et datum in Kowari feria quarta proxima ante diem beati Alberti, sub anno domini Millesimo Trecentesimo, septuagesimo nono; presentibus hys testibus. Jacussio Judice de Wola, Przeczslao Camerario ibidem. Johanne Camerario de Wachadlow, Pribislao herede de Kowari, Stanislao herede Wachadlow, Stephano ibidem de Wachadlow, et alijs quam plurimis personis fide dignis et honestis

(Z oryginału Klasztoru Mogilskiego, na pergaminie, u którego na skrawku pergaminowym wisi pieczątka dobrze zachowana z wosku ciemno zielonego, w której widać w środku herb tak podany: ⊬ w obwódce, między którą, a drugą obwódką, stoi: S. IACVSI. HER. X.

*) Widocznie w tém miejscu pewien ustęp cały opuszczono już w oryginale wyroku, który zapewne mniéj więcéj miał brzmieć, jak następuje: „nichil pro se penitus aut pro suis successoribus predicto Jacobo reservante ibidem, sed tolam terciam partem molendini dicti Barlog, cum omni jure et dominio, prout eam ipse vel cum alijs possessoribus etc.

A.D. 1379. D. 9.m Maji R. [A.G.i Z., T. 3, nr. 28.] 49

Lodovicus Rex Ungariae et Poloniae promittit, se civitat Lemburgenses conservaturum in omnibus juribus et libertatibus, quibus tempore regis Casimiri et Reginae Elisabeth utebantur.

Nos Ladovicus Dei Gratia, rex Ungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ etc. Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes universis. Quod nos qui pietate regia Civitatem Nostram Lemburgensem in confiniis regni Nostri Russiæ habitam et existentem, quæ frequentes incursus Lithuanorum solet subire gratiose confovere, et ipsam ac ejus incolas in eorum libertatibus pristinis illæsos conservare debeamus, ut dicta Civitas et inhabitatores ipsius eo commodius populorum multitudine decorentur, ac utilitate commodo et profectu amplientur, Consideratis præmissis et recensitis fidelitatibus quibus hucusque constanter se nostræ majestati reddiderunt gratos ipsi olim dictæ Civitatis pariter et acceptos: eandem Civitatem Lemburgensem et habitantes in ea assumpsimus et præsentium Patrocinio spondemus in omnibus juribus et libertatibus, videlicet depositione omnium mercantiarum, omnium et quorumlibet mercatorum, ac transitu, seu via, ac omnibus aliis, quibus tempore fælicis memoriæ Dni Casimiri, quondam Regis Poloniæ, et demum tempore regiminis illustris Dnæ Elisabethæ Reginæ, nræ Genitricis carissimæ, freti sunt et potiti, gaudere et uti[illegible] volumus et ex nunc ut antea illæsos et illibatos [illegible] servare Præsentium sub nostræ majestatis Sigillo te[illegible] monio Litterarum Dat. Dyosgeur, die Nono Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Trecentesimo Se[p]tuagesimo Nono. Locus Sigilli ○ Relatio Petri Zude [illegible] Barii in præsentia Archiepiscopi Strigon.

ustrom w Akademii Lwowskiej

1380.

Urbanus pp. VI. Demetrio cardinali ss. Quatuor Coronatorum mandat, ut sese informet de spoliis Floriani episcopi Cracoviensis.

Urbanus episcopus ~~servorum~~ servus servorum Dei. Dilecto filio Demetrio tituli sanctorum Quatuor Coronatorum presbitero cardinali, in regno Ungarie moram trahenti, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nos dudum ex certis rationabilibus causis ad id moventibus animum nostrum disposicionem et ordinacionem bonorum mobilium ac creditorum bone memorie Floriani episcopi Cracoviensis, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, que huiusmodi obitus sui tempore haberet vel pertinerent quomodolibet ad eundem, disposicioni apostolice, eodem episcopo adhuc in humanis agente et diu ante infirmitatem, ex qua decessit, duxerimus reservandam, decernentes extunc irritum et inane, quicquid contra reservacionem nostram huiusmodi per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari: nos igitur de tua in hiis et aliis nostris negotiis Romane ecclesie utiliter promovendis et expediendis circumspectione et diligentia confidentes, eidem circumspectioni per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus per te seu alium vel alios de huiusmodi bonis et creditis ac spoliis et eorum valore te diligenter informes, et vera informatione super eis recepta, cum dilecto filio Zavisio electo Cracoviensi vel procuratore suo sufficientem ad id potestatem habenti nomine camere nostre componas, ipsumque electum se et etiam suam ecclesiam ac eorum bona mobilia et immobilia, presencia et futura, vel dictum procuratorem per eosdem facias obligare et promittere, dictam composicionem solvere in Romana curia gentibus camere nostre apostolice in termino sive terminis per te prefigendis, super qua prefixione tibi concedimus tenore presencium potestatem. Volumus insuper et mandamus, ut predictum electum aut procuratorem suum auctoritate nostra moneas et per censuram ecclesiasticam compellas, ut predictam composicionem per te fiendam in terminis eidem per te prefigendis gentibus camere prefate persolvat et de huiusmodi promissionibus et obligacionibus facias fieri unum vel plura publica instrumenta, per te gentibus eiusdem camere transmittenda: litteras vero provisionis facte per nos dicte ecclesie Cracoviensi de persona Zavisii electi predicti tibi mittimus per dilectos filios Wenceslaum custodem Cracoviensis, decretorum doctorem, et Desclaum prepositum Wislicensis, Cracoviensis diocesis ecclesiarum, presentibus alligatas, quas recepta et facta obligacione huiusmodi eidem electo vel procuratori suo tradere et assignare procures. Datum Rome apud sanctum Petrum X kal. Iunii, pontificatus nostri anno tercio.

Theiner: Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia, Romae 1860, Tom. II, N. 318.

[Kod. Maz. nr. 108.]

172. 51

1380 Jul.?, in Pobedisk;

Kodeks Mazowiecki Nr. 108. Z oryginalu pergaminu zachowanego w Archiwie Kapituly Płockiej:

Noverint universi et singuli presencium noticiam habituri, quod Brestensi

Domarathus castellanus Poznaniensis

et capitaneus

iudex Poznaniensis promittimus communiter indivisim et per presentes fidem

domino Semasczoni duci Masovie vel non strenuis et nobilibus

ko Stephano capitaneo Saxoni Piliconi et

Petro Kpiszca duo castellano Gneznensi pro firma et integra

pace tenenda a data presencium usque

sancti Martini confessoris proxime

nunc instanti. In eo casu quod omnes

terrigene omagial

domini ducis cum ipsorum hominibus

pro Dirscone prescripto et pro suis com-

plicibus et fautoribus ipsius facere vellent debent esse securi. In huius rei testimonium sigilla nostra presentibus) sunt appensa. Datum in Podiebrad anno Domini M,CCC, octuagesimo Divisione apostolorum.



1381.

12/11.

[Ergetowski, s. 29-31.]

52

In nomine Domini Amen. Gloriosus Deus in sanctis suis et mirabilis in majestate et per cunctos suos ministros magnificet altis decoret honoribus et celestis efficiat beatitudinis possesiones illos cum ut dignos digna rependat potioribus attolat insignis dignitatum et premio cum uberiori retributione prosequitur, quos digniores indiligenti promotione ipsam religionem ac divini cultus benigna augmentatione agnoscit, proinde nos Ludovicus Dei gratia rex Hungarie, Polonie, Dalmatie Cracovie etc. hujus sacri elogii exemplo docti pariter et informati ad cunctorum notitiam volumus devenire ob remedium salutis nostre et successorum nostrorum de divini cultus salubri multiplicatione in ipsis religionibus et cum ecclesiis sanctimonialium monasteriorum et conventu ad Sanctum Andream in civitate Cracoviensi et in antiqua Sandecz ordinis sancti Francisci seu etiam beate Clare predicte Diecesis Cracoviensis ingenti meritorum excellentia apud nos recomendetur, nos ex innata nobis benignitate, cum eisdem volentes agere gratiose ipsas et earum bona hereditaria et omnes ac singulos earum cmethones seu jobagiones ubilibet constitutos ex nostra munificentia regali ab omnibus exactionibus, servitiis, solationibus, collatiis, a superangariis et preangariis, quibuscumque nominibus censeantur

et si quas vel quod per consuetudinem, seu quocunque illis iure nostri predecessores et nos habuerunt et habuimus, in eisdem absol-vimus, liberamus et eximimus, nos penitus harum seriem litterarum sed dumtaxat in signum dominii regie majestatis volumus pro nobis habere et nostris successoribus a quolibet emethione villarum seu heredita-tum monasteriorum et conventuum pre-dictorum, de manso quolibet seu laneo pos-sesso singulis annis in festo sancti Marti-ni confessoris quatuor grossos monete in regno Polonie communiter decurrentis pro nostra camera regia et successorum nostrorum cum sua mensura siliginis et duobus ave-ne debito modo planatis et non cumulatis iuxta modium ipsorum videlicet Cracovien-sem et Sandecensem, quas predicti emetho-nes seu robagiones tenebuntur, dare, exsolve-re et firmiter assignare, ceterum iidem emetho-nes seu robagiones monasteriorum predi-ctorum pro nostra curia regali, ipsis cum propinquiori, duos dies infra unius anni spatium, singulis annis unum videlicet tempore messis admetendum, recolligendum et recollecta in horreo reponendum et alium ad falcandum, falcata congregandum et debito modo in allodio ordinandum sunt astricti: hoc tamen a die certo quod cum

personaliter nos aut successores nostros una cum incolis dicti regni Polonie ad aliquam generalem expeditionem extra limites regni ire contingerit ex tunc ab hominibus seu robagionibus predictorum monasteriorum pro nobis et successoribus nostris caritativum presidium licite postulabimus, dum modo talis generalis expeditio sortiretur suum effectum si vero ad aliquam talem generalem expeditionem edictum fuit postulatum et receptum caritativum subsidium per nos et successores nostros et aliquo casu seu impedimento eadem expeditio non deduceretur ad finem, seu aliquovis modo impedimentur (sic), ex tunc pro futura et sequenti simili expeditione nihil penitus dare debebunt nisi prius dicta pecunia pro expeditione tali generali fuerit per dominos nobiles exposita et deservita, similiter autem caritativum presidium postulabimus, si et quando filium seu filiam nostram maritare aut nuptias pro liberis nostris vel successores nostri pro ipsorum faciemus seu facient, vel ipsos seu alter eorum coronari ad coronam dicti regni accedere ei contingerit, homines vero seu robagiones monasteriorum predictorum

pro eo subsidium caritativum per o-
mnia, ut supra, tenebuntur dare et
sine contradictione assignare volumus
etiam ex innata nostre magnificentie
clementia decrevimus, pretextu recoligen-
de pecunie nullus notariorum seu etiam
memoratium quidque exigat seu requi-
rat nisi unum grossum de qualibet
villa. Preter autem premissa nihil omni-
no ab ecclesiis monasteriorum et conven-
tuum sanctimonialium predictorum vel
hominibus et personis eorundem volumus
exigere seu extorquere. In quorum omnium
testimonium presentes litteras fieri ius-
simus et sigillo in presentia munimine
roborari. Actum Cracovie in crastino
sancti Martini pontificis gloriosi anno
Domini millesimo trecentesimo octuage-
simo primo. Datum per manus venera-
bilis viri Joannis Badlicii cancellarii
supremi regni nostri Polonie predicti.

[Kuraś St.: Zbiór dokumentów katedry i diecezji krakowskiej Cz. I. Lublin 1965, s. 123-124]

26.

1383 (die 5. Junii) [Cracoviae.]

Johannes diuina et apostolice sedis prouidencia Episcopus Cracouiensis Conseruator ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus, honorabilibus viris dominis preposito Scarbimiriensi et Cancellario Ecclesie Cracouiensis, necnon Religioso ac Venerabili viro preposito Mechouiensis domonici sepulchri Jerosolimitani nostre Cracouiensis diocesis, salutem in domino et Nostris, ymmo verius apostolicis efirmiter et humiliter mandatis obedire. Noueritis, nos literas sanctissimi in Christo patris et domini Johannis olim pape XXij de vera sua bulla plumbea more Romane Curie bullatas, non rasas, non viciatas, non cancellatas, non abolitas, neque in aliqua parte sui suspectas, sed prorsus omni suspicione carentes, per Religiosum virum petrum lectorem Ordinis fratrum predicatorum domus sancte trinitatis de Cracouia nobis presentatas, cum ea, qua decuit Reuerencia recepisse, huiusmodi continencie et tenoris: „Johannes Episcopus seruus seruorum dei etc."

(Obacz bullę Jana XXII papieża z r. 1319 osobno podaną)

Nos vero diuersis et arduis nostris nostreque Ecclesie negocijs prepediti, premissis commode intendere non valentes, de vestris circumspeccionibus plurimum in domino confidentes, Auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, vobis et cuilibet vestrum in solidum committimus vices nostras tamdiu, donec ipsas ad nos duxerimus reuocandas, vobis predicta Auctoritate Apostolica iniungentes, quatenus vos omnes aut duo, uel vnus vestrum, iuxta formam mandati Apostolici predicti, dum et quociens pro parte dictorum fratrum fueritis seu fuerit aliquis vestrum requisiti uel requisitus ad execucionem mandatorum Apostolicorum, cum debita reuerencia procedere curetis. In cuius rei testimonium per Mathiam publicum notarium et scribam Curie nostre infrascriptum, presentes commissionis literas, seu presens publicum instrumentum, scribi et nostri sigilli Appensione iussimus roborari. Datum Cracouie in Curia nostra Episcopali, Anno domini M°CCC° Octuagesimo tercio, Indiccione sexta, quinta die mensis Junij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris domini Vrbani pape sexti, Anno Sexto, hora Sexta

uel quasi. Presentibus hijs testibus Venerabili in Christo patre ac domino domino Wenceslao Sareptensi Episcopo, necnon honorabilibus et discretis viris dominis Nicolao de Scronow Cancellario nostro, Nicolao de Gorzkow Canonico Ecclesie Cracouiensis, ac alijs quam pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et Rogatis.

Et ego Mathias Mathie de Srzoda clericus poznaniensis diocesis, publicus Auctoritate Imperiali notarius predictis literarum Apostolicarum presentacioni, recepcioni, commissioni et alijs omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur agerentur, et fierent, vna cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui, et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis vna cum appensione sigilli prescripti me subscribens requisitus et rogatus per predictum Religiosum virum Petrum Lectorem, ut supra, in testimonium omnium premissorum, per aliumque notarium scribi procuraui. alijs arduis negocijs proprijs prepeditus.

Transsumpt z oryginalnego wyroku Nawoja Proboszcza Szkalmirskiego, Officyała Krakowskiego, z r. 1390 d. 3. Sierpnia, który obacz niżej.—

179.

Conventio in habita anno 1384 Mart. 2, in Radomsk.

Codex epistolaris sec. XV, p. 1.

[C. Ep. s. XV, nr. 2.]

In Radomske conventio post mortem regis Kazimiri. Conclusiones per dominos regni de rexione regni et quomodo regi debetur usque ad regis novi electionem et coronationem.

Item in convencione celebrata nuper in Radomske domini concluserunt quod in qualibet terra adiuncti sunt sex domini et duo cives ipsius terre capitaneo eiusdem terre qui recipiant promissiones et iuramenta a communitate quod ipsi omnes coniunctim et divisim predictis dominis tenentur in omnibus obedire. Si quis ausu temerario memoratis dominis vellet contraire et ipsis non obedire extunc ipsi domini prefatos rebelles debent incaptivare, incarcerare de bonis ipsorum se intromittere aut ipsa destruere et cremare nec unquam ista ab aliquo iure repetere pro quibus tunc perpetuum silencium imposuerunt etc.

Item statuimus quod ipsi domini in ipsis terris ad regendum ipsam terram electi debent sibi assumere de civitate capitali ipsius terre duos consules cum quibus unanimiter debent consulere pro communi bono et utilitate ipsius regni quos volumus esse unanimes et concordes in regque nostra et ipsorum defensare totis viribus atque posse etc.

Et primo in terra Cracoviensi (Dobeslaus) castellanus Cracoviensis Sandivogius capitaneus Cracoviensis Spitko palatinus Cracoviensis Johannes castellanus Voynicensis Petrus castellanus Lublinensis Strichko vexator Cracoviensis et duo cives de Cracovia quos ipsa civitas exhibet.

Item in terra Sandomiriensi Otto palatinus Johannes castellanus Sandomiriensis Petrus Malogostensis Nicolaus Zawichostensis Pandota subiudex Sandomiriensis Cristinus de Ostrow et duo cives de civitate capitali.

Item in Maiori Polonia (Peregrinus) capitaneus Polonie, Vincencius palatinus Poznaniensis, Domaratus castellanus Poznaniensis Johannes Kalisiensis Sandzivogius Naklensis Johannes iudex Poznaniensis et duo cives unus de Poznania et alter de Kalis.

Item in terra Siradiensi capitaneus Siradiensis palatinus castellanus Siradienses, Dionisius Spicimiriensis, succamerarius Siradiensis et duo cives de capitali civitate.

Item ~~sto~~ in terra Lanciciensi capitaneus Lanciciensis venator et subdapifer

subcamerarius Lanciciensis et duo cives de capitali civitate.

Item statuimus quod isti omnes predicti domini electi una cum civibus electis debent toti communitati iuramentum prestare quod nichil aliud facerent nisi quod communitati est bonum et corone nunc regni fidelitatem vero pueris prius(?) regine Hungarie inquantum in eis et certa prole(?). Et si quis istorum propter rebellionem venire nollet extunc ipsi domini tenentur et debent facere ulcionem tamquam in eo qui mandatis ipsorum non obediret et unum alium loco ipsius statuere eo excepto nisi in notoria aut infirmitate esset prepeditus.

Item statuimus quod omnes capitanei nec aliquis dominorum pro quibuscumque ~~magnis~~ parvis et magnis non debent Hungariam transire nec nuncios ipsorum dirigere (absque?) scitu capitaneorum electorum(?). Si quis contra nostra statuta transiret extunc fiat ulcio in eodem sine omni gracia tamquam in eo qui est notorius inimicus regni predicti.

Item statuimus quod quilibet capitaneus aliquam terram tenens unum vel plura castra in quibuscumque terris cum ipsis castris debent promittere ipsis dominis eiusdem terre qui ad hoc specialiter sunt electi cum castris predictis quod ipsum vel ipsa castra non debet alicui dare et conferre alicuo extraneo sed ipsum tenere quousque habebimus regem coronatum in regno. Si quis capitaneus contrarium faceret extunc nobiles ipsius terre ipsum habere non debent pro capitaneo nec sibi in aliquo obedire et si habet aliqua bona et possessiones in ipsis terris, de eisdem se intromittant et destruant.

Item fecimus unionem cum serenissimo principe domino Ladislao duce Opoliensi et condiximus cum ipso quod ipse debet (esse?) omnium nostrum coadiutor nobisque adherere cum omnimoda potestate sua contra quemlibet hominem cuiuscumque status vel condicionis existat ad defendendum iura nostra quicumque nobis(?) infringeret. Et nos similiter ipsum debemus quocienscumque sibi necesse et nobis fuerit tamdiu quousque habebimus regem coronatum et ista cum ipso condictavimus non tamquam cum principe sed ut nostro cum adiutore. Et ipsi domini ad regendas terras deputati debent convocare communitatem ipsius terre et cum idem dux affectat et vult litteras ab ipsis dominis unionis et concordie inter nos et ipsum facte habere quod ipse littere dentur de scitu tocius communitatis. Sic et inquantum ipsis placebit et litteras eciam ab ipso duce recipiant. Cum autem habebimus regem coronatum extunc omnes promissiones et litteras

~~unt~~ inter nos factas nullum vigorem habere volumus quas extunc cassamus.

Item statuimus quod omnes dignitates seculares que ab ista die convencionis habite vacabunt quomodocunque debent stare et esse improvide usque ad regni regem(?), nec aliquis pro ipsis Hungariam transire debet.

Item domini condictaverunt quod unus dominorum de qualibet terra debet ad castrum capitale Cracoviense venire et in eodem moram habere cum domino capitaneo pro custodia et defensione eiusdem usque ad tempus et primo de terra Cracoviensi Jacusshius dapifer Cracoviensis Paszko venator Sandomiriensis Sandzivogius Naklensis Jacusshius castellanus Sradiensis Mscziszeg venator Lanciciensis et idem predicti in castro manentes debent toti communitati dominorum et civitatum promittere sub iuramento fidei nulli alteri castrum conferre nisi pro pueris domine regine reservare et si quod ~~ab~~ abit in eisdem pueris deficiant tunc ipsi dicti domini iuxta voluntatem tocius communitatis facere debebunt.—

Andreas abbas monasterii in Paradiso 1385 Iun. 6.

57

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Ne actiones humane a nonnullis Successoribus immutentur, sed magis vigorem perpetuitatis obtineant, expedit eas scripturis autenticis ac personarum idonearum testimoniis perennari. Hinc est, quod nos frater Andreas, Abbas Monasterii in Paradiso, ordinis Cisterciensis, Posnaniensis Diocesis, recognoscimus publice subscriptis, notum fore cupientes vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentia audituris vel visuris. Quod cum dictum Monasterium nostrum Paradies vulgariter nuncupatum, quandam villam nomine Kernin, in dicta diocesi Posnaniensi sitam, haberet, ipsi Monasterio minus utilem, respectu ville Goskar, que ipsi Monasterio redditibus commodis et utilitatibus ac aliis emolumentis longe fructuosior est et utilior, prout hec omnia

adeo

adeo publica sunt et notiora, quod inficiationum locus nullus existit, quam quidem villam videlicet Gotskar prope oppidum Crosne in diocesi Wratislaviensi locatam, Nos dictus Andreas, Abbas monasterii predicti, ipsi nostro Monasterio ac nomine et ad utilitatem ipsius et profectum locum dictum ville Kernin justo commutationis seu permutationis titulo, prout liquet subscriptis, pro trecentis et decem sexagenis grossorum Pragensium a nobilibus et famosis Viris Domino Fridehelmo et Hentzkone, fratribus, dictis de Wesenburgk, dinoscimur comparasse; Sed quia nos Andreas, Abbas predictus Monasterii predicti, de et super dicta commutatione seu permutatione facienda anterogato, requisito et habito consilio plenoque consensu Venerabilis in Christo patris ac Domini, Domini Henrici, Abbatis Monasterii in Lenyn, Visitatoris nostri ejusdem ordinis Brandenburgensis Diocesis, Nec non premisso et prehabito tractatu solenni et dili-

genti,

genti, omnibus fratribus et Monachis nostris ab hoc specialiter convocatis et in Capitulo congregatis, videlicet Hermanno Priore, Nicolao Suppriore, Luca Cellerario, Matthia Cantore ceterisque fratribus Conventualibus expresse consentientibus, prout de hoc patet per publicum instrumentum manu Arndes Lorentdorp, publici Notarii, conscriptum, Nostro Nostrorumque Successorum nomine ac vice et nomine prefati nostri Monasterii sponte et libere vendidimus et in his scriptis vendimus honorabilibus et discretis viris Michaeli Lunenborg, Petro Prisman, Henningo Casleuenstorp, Henningo Krüger, Johanni Glumen et Henrico Schmiter, Consulibus et Juratis Oppidi nove Landsbergk Caminensis Diocesis, suis suorumque omnium Successorum ac totius Universitatis et ipsius oppidi vice et nomine ementibus dictam Villam Kernin cum omni jure et dominio, Jurisdictione superiori et inferiori et proprietate et singulis graniciis circumventraliter distinc-

tis

tis, nec non cum omnium pertinentiarum et attinentiarum generibus et speciebus, videlicet lignis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, paludibus, piscationibus, mellificis, Venationibus, cum omnibus et singulis Usufructibus, redditibus, proventibus et utilitatibus universis, prout nos ab antiquis temporibus habuimus et possedimus, libere, pacifice et quiete absque omni impeditione, impugnatione, adversitate perpetualiter iure hereditario sine omni servitio possidendam pro Trecentis Sexagenis grossorum Pragensium Polonici pagamenti numerata pecunia ab eisdem Consulibus datis et etiam numeratis in presentia Domini nostri Visitatoris de Lenyn integraliter persolutis nomine nostro ac nomine predicti Monasterii predictis famosis viris Fridehelmo et Heintzkoni, fratribus, dictis de Wesenborgk, a quibus villam Gortgar emimus predictam. Nihilque juris nobis vel nostris Successoribus aut supra dicto nostro Monasterio in predicta Villa Kernyn et eius pertinentiis reservamus, relinquendo et resignando universum jus omnemque proprietatem, quam nos ha-

buimus

buimus ad eandem ipsamque Villam ac eius attinentias, nec non et singula supradicti eis et eorum successoribus ab omni homine et Universitate legitime defendere, authorisare et disbrigare promittimus, in quantum in nobis et nostris successoribus consistit. Verumtamen hoc adjicimus observandum, quod quicunque et quotiescunque novus Abbas in sepedicto nostro Monasterio electus et confirmatus fuerit et possessionem pacificam habuerit, et cum hoc ad notitiam Consulum dicti oppidi noue Landspergk cum nuncio et litera novi electi Abbatis pervenerit, Duo de Consulibus super hoc sufficiens mandatum habentes infra annum et diem, dum tamen Principum vel eorum Officialium guerre vel Abbatis absentia seu alia legitima causa impedimento non existant, memoratum Dominum Abbatem in ipsius Monasterio, si eum propius habere non potuerint, debebunt adire eique decenter et humiliter exhibere, recognoscendo videlicet, se suosque consules eorumque oppidum Landsbergk predictam Villam Kernyn ab ipso Domino

Abbate tanquam eorum Dōmino habere, tenere et possidere in feudum, petendo nihilominus et postulando ipsius ad hoc gratiam et favorem. Quam quidem Villam extunc predictus petitus Abbas, omni conditione cessante et excusatione remota, sine cujusque exactione muneris predictis Consulibus conferre tenetur, nihilque mandati, nihil juris, nihil petitionis pecuniarie, nihil servitii privati vel communis aut cujuscunque dictus petitus Abbas sibi vel suis Successoribus aut suo Monasterio predicto Paradys super Consules aut cives dicti Oppidi nove Landspergk nomine dicte Ville Kernyn reservare poterit aut debebit, Literasque super predictam Emptionem, venditionem et commutationem seu permutationem prius confectas suis suique Conventus literis recognoscitoriis confirmare debet et tenere. Quam siquidem villam nos Andreas, Abbas supradictus, nomine Monasterii nostri predicti supradictis Consulibus nove Landsbergk oppidi nomine presentibus infeudamus, incorporamus, appropriamus ac conferimus damnoque ejus faciendi, dimittendi, quodcunque eis placuerit,

prout

prout nos hucusque fecimus, in supradicta villa Kernyn plenariam potestatem. Quod si predictus Abbas de nouo electus predictis Consulibus conferre recusaret, tunc predicti Consules et Civitatenses oppidi nove Landspergk predictam villam seu possessionem ab illo domino Abbate de novo electo in feudum petere et recipere non tenentur, sed libere et pacifice absque omni conditione debent possidere. Ceterum si Abbas secundus immediate sequens recusaret ipsis Consulibus predictam Villam, videlicet Kernyn, infeudare, non obstante aliquo jure Canonico vel legali, presens privilegium in suo vigore debet permanere. Et si tertius, quartus, quintus, sextus et sic deinceps in infinitum numerando Abbas predictam Villam Kernyn predictis Consulibus Oppidi nove Landisbergk nollent infeudare, predicti Consules et Civitatenses a predicto privilegio non debent esse alieni, sed in predicta Villa debent habere potestatem agendi, faciendi, dimittendi et uti privilegio ipsorum. ac si a predictis Abbatibus seu a quolibet ipsorum predictis Consulibus nomine oppidi nove Landisbergk

epet

esset infeudata, non obstantibus Constitutionibus, institutionibus, prescriptionibus quibuscunque. Recognoscentes, quod Curtem vel Curiam, que vulgariter Monchenhoff olim vocabatur, predicti nove Landisbergk Consulibus pro octuaginta sexagenis grossorum Pragensium, dudum nobis integraliter persolutis, rite et rationabiliter vendidimus ipsorum usui, prout eis melius videbitur expedire, penitus coaptandam. Ceterum vero literas super metas antiquas huc usque legitime possederunt, de quibus etiam annuatim in festo Martini Episcopi et Confessoris predicti oppidi nove Landsbergk Consules duodecim talenta piperis predicto nostro Monasterio in dicto eodem oppido dare et solvere tenebuntur, virtute et vigore presentium ratas, gratas atque firmas in omnibus earum punctis, articulis suis et clausulis tenere firmiter volumus et habere. Etiam, si opus fuerit, dictas literas de novo ipsis Consulibus ministrare, promittentes nihilominus pro nobis nostrisque successoribus ac vice ac nomine nostri dicti Monasterii supradictis Consulibus et eorum Successoribus, quod

omnes

omnes discordie, guerre, lites et emulationes, que inter nos et predictos Consules et Civitatem nove Landsbergk et singulos Cives et opidanos predicte civitatis longis temporibus fuerunt, primo ex parte dominorum dictorum de Wedel et singulariter Fitze de Wedel, qui in bonis et villis nostris spolia commiserunt, Item de incendio Ecclesie et Curie, quod in villa Kernyn fuit commissum, cetera singula alia, quecunque sunt vel fuerunt inter Monasterium nostrum et predictos Consules et cives oppidi nove Landsbergk inter festum nativitatis Christi, anno dominice Incarnationis M.CCC.LXXXIIII. debent cum ipsa emtione, venditione et commutatione seu permutatione nunc et in perpetuum cassata esse et sopita. Renunciantes in premissis nostro nostrorumque successorum et ipsius Monasterii nostri nomine, omni exceptioni actioni et liti iuris Canonici et Civiles et ordinis privilegiis, que contra premissa seu aliquid premissorum possent nobis in aliquo suffragari. In testimonium omnium premissorum sigillum dicti Domini Henrici, Abbatis de Lenyn, una cum nostre Abbatie et

Con-

Conventus nostri Cenobii sigillis presentibus filis sericis est appensum. Datum et actum in nostro Monasterio predicto, Anno Domini M° CCC. LXXXV°, mensis Junii die sexto, presentibus Venerabilibus in Christo patribus ac dominis, domino Nicolao, Abbate Monasterii Zambritz ordinis Cisterciensis Diocesis Posnaniensis, et domino Henningo, Abbate Monasterii Himmestede ejusdem ordinis in Diocesi Caminensi, Domino Nicolao, Plebano Ville Oschitz Vicarioque perpetuo in ecclesia S. Georgii prope pontem Nove Landsbergk in Diocesi Posnaniensi, Domino Andrea, Vicario perpetuo in Ecclesia Parochiali infra muros nove Landsbergk in Diocesi Caminensi, et ceteris quam pluribus fide dignis pro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. –

Et ego Frater Hermannus, Prior Monasterii predicti Paradies, recognosco, me tractatui, de quo supra fit mentio, interfuisse meque commutationi supradicte expresse consensisse meque propria manu in premissorum testimonium subscripsisse. –

Et

Et ego Frater Nicolaus, Supprior Monasterii predicti Paradys, recognosco, me tractatui, de quo supra fit mentio etc. – Et ego Frater Lucas, Cellerarius Monasterii predicti Paradys, recognosco etc.

[Perzanowski, nr 112]

Thomas abbas cum fratrib. cenobii ~~Lub~~inensis 1386 Iun. 1, Lubin;

63

In nomine Domini amen. Cuncta que fiunt et peraguntur in hoc seculo, ex facili ab humana memoria vacillantur et labuntur, nisi testimonio fideli vel litterarum suffragio fuerint confirmata. Proinde nos Thomas, divina paciencia abbas, cum fratribus nostris cenobii Lubinensis notum esse volumus presentibus et futuris universis, quod ad nostram presenciam veniens providus vir Nicolaus advocatus noster Crzywinensis exponendo cum modica querela, quod inhabitatores seu incole ibidem in agris, pratis, pascuis damna non modica inferre consueverunt annis singulis facere solebant, eapropter nobis humiliter supplicavit ut sibi super his parva diligencia de remedio cogitare dignaremur opportuno. Nos itaque consilio prehabito diligenti prefatum Nicolaum serviciis nostris volentes mancipare commutacionem seu cambium pro agris suis pertinentibus ad advocaciam ab antiquo fecimus in hunc modum, dantes sibi et sue legittime posteritati agros nostri monasterii penes montem dictum Clyszowa a lapide usque ad agros Krzywinenses in latitudine et infra viam que ducit de nova curia in Crzywin et inter paludes versus manum sinistram longitudinis optinentes, adicientes prefato Nicolao pratum et prata quod vel que plura infra dictos terminos seu gades per industriam poterit preparare, habendos seu possidendos, vendendos, commutandos et ad usus beneplacitos convertendos prout sibi et sue legittime posteritati melius et utilius vide-

bitur

bitur expedire pleno iure et dominio, ~~quos~~ quos agros ad advocaciam prefatam pertinentes inter nos commutatos et ipsum tenuit et possedit ab antiquo. Dantes insuper et concedentes Nicolao et successoribus suis prefatis ortum iacentem inter Crzywyn et molendinum nostrum ac Obram prout nunc est circumquaque mensuratus et sepitus (sic), premissa perpetuis (temporibus futuris) libere habenda et legittime possidenda, harum quibus nostrum et conventus nostri sigilla sunt appensa presencium testimonio litterarum. Actum et datum Lubin feria sexta in crastino Ascencionis Domini nostri Iesu Cristi, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, presentibus et consencientibus Sulcone priore, Nicolao custode, Hancone clavigero, Iohanne de antiqua Gostina, Nicolao Nove curie prepositis, Michaele, Andrea fratribus monasterii sepedicti ac nobilibus et discretis viris Pacoscio herede in Kolaczkowicze et Iaszkone herede in Girka; Hincza plebano in Crzywyn et quampluribus fidedignis.

1386. [11. VII.]

[C. Ep. s. XV., nr. 6.]

Ladislaus Dei gracia dŭx Opuliensis, Weluniensis, Cuyaviensis, Do„
brinensis etc. notŭm facimŭs tenore presenciŭm vniŭersis, quod nos illŭs„
trem Hedwigem, filiam nostram carissimam, magnifico principi domino
Alexandro dŭci Litwanorŭm, serenissimi principis domini Wladislay re„
gis Polonie etc. fratri vterino, et nŭlli alteri, harŭm serie dare promitti„
mŭs in vxorem, promittentes bona nostra fide, absque dolo et fraŭde prefate
filie nostre Hedwigi dotem, proŭt filie principis competit, certis pecŭnijs vel
terris facere, sibique de ipso efficaciter proŭidere. Harŭm quibŭs sigillŭm nos„
trŭm appensŭm est testimonio literarŭm. Datŭm Nepolomicze feria
qŭarta ante festŭm sancte Margarethe virginis gloriose, anno domini
millesimo trecentesimo octŭagesimo sexto. Presentibŭs Spitkone Cracoŭiensi
Testhcone de Tarnow Sandomiriensi, Sandziwogio Kalisiensi palatinis, Cris„
tino Sandecensi, Nicolao Zawichostensi nŭnc vero Wisliciensi, Przibcone Ros„
periensi castellanis et Zaclica cancellario Cracoŭiensi.

Teka Naruszewicza N. 9, fol. 15 z oryginału pargaminowego, u którego
na zawiasce pargaminowej wisiała pieczątka nadpruta.

1386. [4. XI.]

[Arch. Sang. J. 1, nr. 5.]

In nomine domini amen. Wladislaus dei gracia Rex Polo-
nie necnon Terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cu-
yauie, Lithwanie princeps supremus, Pomoranie Russieque do-
minus et heres etc. Ad perpetuam rei memoriam. Quamquam
Regalis dignitatis circumscripta[a] benignitas de sue liberalitatis
munificencia vniuersorum ex officij debito subditorum quadam
generalitate dignetur vtilitati intendere, et ea que grata ipso-
rum commoda censeantur efficere, consideracione graciosa
perpendat, Ad illorum ~~tame~~ autem procuranda vtilitatum
comoda quodam singulari fauore vberius inclinatur, quos
intemerate fidei firma constancia et intemerati laboris diu-
turnitas claris testimonijs recommendant. Sane considerantes
clare fidei studia et laboris indefessi solerciam, quibus Illu-
stris princeps dominus ffeodor et sui progenitores duces Ostro-
gouientes magestatem nostram et predecessores nostros duces
Lithwanie et Russie sunt actenus venerati, et adhuc ijdem
dominus ffeodor fideles nobis exhibere nititur famulatus, quo-
rum intuitu ipsum specialis fauoris prerogatiua prosequi
cupientes, eidem domino ffeodor, suis heredibus et successo-
ribus legittimis, damus et conferimus plenam et omni-
modam facultatem Castrum ipsius Ostrogow cum districtu
Ostrogouiensi ad ipsum Castrum Ostrogow pertinente haben-
di, tenendi, vtifruendi et perpetue possidendi, Constituen-
tes et efficientes supradictum dominum ffeodor suos here-
des et successores legittimos suprascripti Castri et districtus
ad ipsum Castrum pertinentis veros et legittim(os hered)es
et dominos ac perpetuos possessores. Tali (tamen) interposi-
ta condicione, quod dictus dominus ffeodor, sui heredes
et successores legittimi cum ipsorum hominibus, quos ha-
bent vel habere poterint, magestati nostre nostris suc-
cessoribus ac Corone ipsius Regni Polonie famulatus et
Seruicia exhibere sint astricti, Eo modo et condicione, qui-
bus dictus dominus ffeodor Illustri principi olym domi-
no Lubardo duci Wladimiriensi patruo nostro karissimo
ab antiquo dinoscitur seruiuisse. Harum quibus Sigillum

nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Luczsko die dominico infra octavas Omnium sanctorum, Anno domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo sexto presentibus hijs: Iohanne palatino Sandomiriensi, Petro Kmitha Lublinensi, Cristino de Cozeglowi Sandecensi Castellanis, Wladcone pincerna, Spithcone sub Camerario et Thomcone de Wanglesschino Subpincerna Cracouiensibus et alijs multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Venerabilis viri domini Zaclice prepositi Sandomiriensis Aule nostre Cancellarij fidelis dilecti.

Z oryginału pargaminowego nieco uszkodzonego, będącego własnością p. L. Z. Radzimińskiego. Pieczęć wraz z sznurkiem urwana.

Licha copia [Perzanowski, nr. 113] pag. 132 b.

66 196.

Fr. Thomas abbas etc. monasterii Lubinens. 1387 Jun. 10, Lubyn;

In nomine Domini amen. Humanorum actuum gesta oblivione faciente tractu temporis consueverunt deperire, nisi scripture testimonio vel testium fuerint commendata suffragio. Proinde nos (Thomas, frater), divina miseracione abbas, cum consensu et voluntate fratrum nostrorum conventualium monasterii Lubinensis Ordinis sancti Benedicti cupientes, ut villa, hereditas seu possessio nostra Wyeszkowo wlgariter dicta iacens prope monasterium nostrum olim ab antiquo in iure Polonico perseverans et situata, ut uberiorem recuperet (sic), transferimus in ius theutonicum seu Sredense perpetualiter permanere. In ipsa namque villa sculteciam cum duobus mansis minoribus et duobus ortis et quatuor pratis dictis primum Gorzczewa aliud retro pepedaria per que versus villam Boyanycze usque lacum, tercium in medio nemoris Ecca, aliud quod Zapusth wlgariter Morzicze et smug nuncupatis. Ibique iuxta industriam extirpare vendidimus Martino dicto Marsz pro decem marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis iure perpetualiter possidere et tenere. Damus eciam eidem sculteto aquam currentem retinere et ibidem molendinum edificare, eciam tabernam ibidem de novo construere et in in ipsa macellum carnificum stacionem panis et fabrum habere a quibus singulis scultetus et sui posteri censum optinebit. Insuper damus et concedimus sculteto et suis posteris trecentas oves pascere preter gregem villanorum, eciam

medium

mediam sexagenam porcorum pellere per glaucum et tria rhecia leporum, eciam nisum et canes venaticos. Ordinamus ibidem quolibet anno tria iudicia generalia celebrare nobis presentibus vel nostro nuncio generali. De penis iudicatis scultetus et sui successores tercium denarium recipient, de resignacionibus, arestacionibus et iuramentis plenarie et integre pro se optinebit. Villani seu incole eiusdem ville nobis et nostris successoribus viginti scotos grossorum, mediam sexagenam ovorum ad festum Pasce et unam mensuram humuli ad festum sancti Martini confessoris per tres pullos ad Nativitatem sancte Marie dare tenebuntur. Tres dies arabunt. Que omnia et singula idem scultetus et sua posteritas debebit ordinare et ad nostrum monasterium presentare, et equo valente dimidiam alteram marcam grossorum servicia impendere opportebit. Insuper statuimus in eadem villa de septem mansis contribuciones et donaciones que poradlne et vogenne dicuntur et regali solvere et pagare tenebuntur, habendam tenendam, possidendam, vendendam (sic) prout sibi et suis successoribus melius et utilius videbitur expedire. Harum quidem serie presentes sigillis nostro nostrique Capituli fecimus communiri. Datum Lubyn feria secunda proxima post dominicam que Factus est Iesus in ecclesia Cristifidelium decantatur, sub anno Dominice Incarnacionis millesimo trecentesimo octuagesimo septimo, presentibus his testibus dominis Sulislao priore, Nicolao custode, Hancone clavigero, Andrea et Michaele fratribus, dominis Iacobo plebano in Lubyn, Martino plebano in Morka et quam pluribus fidedignis ad premissa specialiter requisitis et vocatis.

[Perlbach] 27 194

Kölner Cop. 5.ª n. 6.
ib. " 6ᵃ·ᵇ n. 9 (Trf. v. 1404, Juni 3). (II)

67

Peregrinus capitan. general. 1387, Mai 15, ~~Pysdry~~ in Psdri;

Peregrinus, Hauptmann von Polen, beurkundet daß Swantopolk von Radolino sein Gut Slawoczin für 300 Mark dem Kloster Lad verkauft habe.

Copia privilegii sexti.

In nomine domini amen. Nos Peregrinus capitaneus generalis[a] notum facimus[b] presentibus et futuris, quibus expedit universis quod ~~quem~~ ad nostram plurimorumque terre nobilium accedens presenciam nobilis vir Swanttopolk[b] heres de Rodolino[c] non compulsus nec coactus[d], sed animo deliberato maturoque consilio suorum amicorum totam hereditatem suam dictam Slawoczino[e] quam habere dinoscebatur cum omni iure et dominio et cum omnibus utilitatibus, fructibus, censibus, proventibus, redditibus[f], obvencionibus, agris, pratis, pascuis, silvis, gaiis, mericis, borris, mellificiis, molendinis, lacubus, piscinis, aquis, paludibus[g] et earum decursibus ac aliis omnibus et singulis pertinenciis que nunc sunt et in posterum fieri possunt ad eandem hereditatem residentibus, prout solus tenuit et habuit et prout dicta hereditas Slawoczino[h] in suis limitibus seu greniciis[i] circumferencialiter est distincta et limitata, racione salutis suorum predecessorum animarum sueque pie propter deum et ad honorem beate Marie virginis gloriose sancte ecclesie monasterii Landensis in trecentis marcis grossorum bohemicalium[k] Pragensium[l] * numeri * Polonicalis rite ac[m] racionabiliter tenendam, habendam, vendendam, commutandam et in usus ~~beneplacitus~~ beneplaritus (?) convertendam perpetuis[n] temporibus possidendam resignavit, et si aliqui successores predicti domini Swantopolkonis[o] dictam hereditatem Slawoczino[h] pro se habere voluerint, tunc solutis[p] predictis trecentis marcis prefato monasterio Landensi dictam hereditatem prenominati posteriores pro se retinebunt[q] pacifice et[r] possidebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

l) Pr. übergeschrieben K. I.
~~b) mit~~ ? K.

a) P. g. II
b) Swantopolk II.
c) Radolyno II
d) coa. n. compo. II.
e) Slawenczino II.
f) r. fehlt II.
g) palludibus II.
h) Slawanczino II.
i) granicii ... II
k) b. fehlt II
m) et R. II
n) et p. t. II
o) Swanthopolkonis II.
p) persolutis II
q) reservabunt II
r) et p. II

Actum et datum in[a] Pisdri[a] feria quarta rogacionum sub anno domini M°. trecentesimo octuagesimo VII°[b] presentibus hiis testibus dominis[c] Nicolao Jenaszkonis[d] archidiacono Lanciciensi, Dirslao[e] venatore Kalisiensi[f], Petro Ozeminski, Vincencio Strzalkawski[g], Johanne Wangherski[h], Andrea herede de Gorasdowo[i], Nicolao Gerwartowski[k] heredibus[l] et aliis quam plurimis fidedignis.

cop. et coll.
11. XII. 82 P. F.

a) fehlt II. b) ccc°. LXXXVII° II c) d. fehlt II. d) Pyenozkonis II. e) Derslao II f) Calissiensi II g) Strzalkowski II h) Wangerski II i) Gorazdow II k) Gerwaltowski II l) fehlt II

[Perlbach] 28 195
68

Kölner Cop. 5a/6a n. 7.

Swantopolk her. de Radolino 1387, Mai. 27, ~~Lad~~ in monasterio Landensi;

Swantopolk, Erbe von Radolino, schenkt dem Kloster Lad das Dorf Slawoczino, das er für Lebenszeit von demselben zum Nießbrauch erhält.

Copia privilegii VII.

Ego Swantopolk heres de Radolino constare volo et cupio universis, quibus expedit noticiam ~~hab~~ presencium habituris, quia recensens attente, quod elemosinarum pia largicio velud aqua ignem sic extinguit incendia peccatorum, reputans eciam cogitacionis provide studio, quod nichil est cercius[x] morte nil incercius hora, ut macule culparum mearum, quas meo contraxi tempore instante morte per elemosinas medullitus diluantur, quia sumus ignari, quando extrema dies spatium finiet vite nostre, idcirco nunc compos mentis et corporis existens intuitu divine remuneracionis maxime ob salutem anime mee et omnium progenitorum et posterorum meorum dedi, tradidi et resignavi sana et salva deliberacione amicorum meorum venerabili domno Johanni abbati monasterii Landensis conventuique eiusdem villam nomine Slawoczino cum allodio, cum pratis, pascuis, aquis aquarum decursibus piscacionibus, edificiis, rubetis, agris cultis et incultis gaiis, mericis, borris, mellificiis, molendinis et universis et singulis iuribus obvencionibus et attinenciis eorumdem libere pacifice quiete ac perpetue possidendam tamquam suam et de ipsa pro sua voluntate libere faciant et disponant tali tamen condicione introserta, quod dictam villam a venerabili domino abbate ipsius monasterii et conventu eiusdem possidendam recepi cum omnibus iuribus suis et utifruendis ea usque ad terminum vite mee salvo tamen et reservato dicto abbati et monasterio iuris dominii proprietatis et nihilominus ubicunque utilitatis et defensionis memorate ville ad dictum monasterium spectantis potero intendere intendam quamdiu vita fuerit michi comes tenore presentium ad cautelam dicti monasterii ~~et abbatis~~

[x] fol. 5b

profiteor, protestor et promitto quod dictam villam tenebo et possidebo usque ad finem vite mee et utifruar ea sine fraude ita quod post[a] mortem meam dicta villa eque bona, ut nunc est, ad manus et potestatem dicti monasterii et abbatis revertatur et si aliqui successores heredum meorum dictam dacionem meam ville predicte ratam et firmam non habere presumpserint vel pro se habere voluerint tunc trecentas marcas grossorum Pragensium Polonici numeri pro dicta villa predicto abbati et monasterio et eiusdem conventui in promta pecunia una die sine protraccione assignent integraliter et complete persolvant et tunc dicti successores mei dictam villam quiete et pacifice possideant, quod si non fecerint, dictus abbas cum monasterio quiete et pacifice prestaxatam hereditatem teneat et integraliter possideat. Profiteor eciam tenore presencium quod coram strenuo milite domino Peregrino capitaneo Majoris Polonie predictam villam cum omnibus iuribus, ut in prelibatis clarius elucescit, dicto abbati et monasterio ac eiusdem conventui dedi tradidi et resignavi, quare ob instantiam supplicacionis mee in recognicionem prelibate dacionis mee litteram suo cum sigillo munitam, in quo testes, qui premissis interfuerunt, continentur, dicto abbati et monasterio nec non suo conventui offerre dignatus est etiam in recognicionem quod predictam hereditatem sive villam cum omnibus suis iuribus ad monasterium spectantem ab abbate et monasterio prefato ad possidendum et utifruendum ad terminum vite mee recepi rogatu dicti abbatis et mei litteram suo sigillo sigillatam super hoc michi dedit et presentavit, ita quod huiusmodi littera ac littera per dominum abbatem et conventum predictum ob eandem causam, quod dictam villam vite mee diebus ad possidendum et defendendum[x] data recepi, [x fol. 6a] michi me extincto nullam vim penitus habere videantur si pocius ad potestatem et ad manus domini abbatis et sui conventus predicti libere et pacifice relegato omni impedimento dicta villa revertatur. In cuius rei testimonium et fidem pleniorem presentem recognicionem seu presens privilegium meo proprio subappenso sigillo duxi roboran-

a) p. übergeschr. K.

dum, presentibus nobilibus viris et dominis Matheo herede de Sleugoczino, Johanne herede de Misslebors, Matheo herede de Kyowicza, Nicolao herede de Seruowo, Nicolao herede de Gyrwarthowo, Andrea herede de Wanglowo et aliis quampluribus testibus ad premissa vocatis fidedignis. Datum et actum in monasterio Landensi feria II^a proxima post Penthecostes sub anno domini M° CCC° octuagesimo septimo[a] indiccione X^a die XXVII mensis Maii hora IX^a vel quasi in palacio ligneo domini Johannis abbatis Landensis venerabilis pon^tg (!) sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani digna dei providentia pape VI anno suo decimo.

Instrumentum in notario pom² et computatur pro VIII°.

Et ego Yodocus Nicolai de Poznania clericus Poznaniensis publicus imperiali auctoritate notarius predicti privilegii ac recognicioni necnon appensioni sigilli dicti Swantopolkonis heredis de Radolino omnibus aliis et singulis premissis dum sic ut premittitur per dictum dominum Swantopolkonem heredem de Radolino agerentur et fiebant unacum prenotatis testibus presens interfui eaque que sic fieri vidi et audivi manu propria conscripsi totum tenorem de verbo ad verbum presentis privilegii, hicque me subscripsi signo et nomine meis solitis et consuetis consignavi rogatus pariter et requisitus per dictum dominum Johannem abbatem Landensem in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Nota hic ista diccio diocesis in prima linea non causa vicii sed causa erroris fuit pretermissa.

a) Sct. von anderer Hand über ein radirtes, wohl ausgestr. Wort geschrieben.

Cop. A coll.
12. XII. 82. P.

1387. die 26. mensis Septembris, Leopoli. 70

[Daniłowicz, t. 1, nr. 548, Reg.]

Dzula capitaneus, Burla Dragny marscalcus, Stanczel Stanislaus supremi consiliary magnifici domini Petri woyewode Moldauiensis, significamus, quibus expedit, vniuersis, tenore presencium publice profitentes, quod dum in Lemburga tempore date presencium cum serenissimo principe domino Vladislao rege Polonie Lithuanieque principe supremo et herede Russie, memoratus dominus Petrus woyewoda Moldauiensis constitutus extitisset, consilio nostro, immo consensu et voluntate omnimoda accedente, prefato domino Vladislao regi et preclare principi domine Hedwigi regine, consorti sue carissime, necnon ipsorum legitimis successoribus ac Corone regni Polonie fidelitatis homagium prestitit atque fecit, subiiciens se homagialiter, gentem et terram suam Valachie, castra ceteraque dominia memoratis principibus, domino regi et regine ipsorumque successoribus legitimis ac Corone regni Polonie perpetuis temporibus duraturis, promittensque cum tota sua gente et nos cum nostris posteris nostro nomine et aliorum omnium terrigenarum terre Valachie, qui in nos ad id ipsum faciendum auctoritatem omnimodam transtulerunt, promittimus et spondemus preclarissimis principibus dominis sepedictis et eorum successoribus legitimis ac Corone regni Polonie fidelia prestare obsequia necessitate qualibet ingruente, inuiolabiliterque et irrefragabiliter fidelitatem seruare omnimodam atque puram, super quibus omnibus premissis dictus dominus Petrus et nos cum eo in testimonium perpetue firmitatis corporale prestitimus sacramentum, atque iuxta ritum et consuetudinem orientalis ecclesie lignum vite in manibus domini Cypriani metropolitani Kyowiensis sepedictus dominus Petrus ore proprio tetigit osculando. Harum quibus sigilla nostra appensa sunt testimonio literarum. Actum et datum in Lemburga in vigilia Translacionis beati Stanislai martyris atque pontificis, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo septimo.

Teka Naruszewicza N. 9 fol. 47 z oryginału pargaminowego, opatrzonego pięciu pieczęciami, przechowanego niegdy w Archiwum Koronnem.

[Wierzbowski, T. IV/3, nr. 335. Reg.]

1388 2

Aug. 18

71

In nomine Domini Amen Wladislaus dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracovie Sandomirie Lancicie Siradie Cuiavie Lythwanie Princeps Supremus Pomeranie Russieque heres et dominus. Ad perpetuam rei memoriam. - Licet regali munificentia ad universos regni sui fideles de innata sibi clementia quadam generalitate merito liberales existat ad illos tamen uberius sue liberalitatis dona consuevit extendere qui circa Regni sui honores obsequiorum continuatione sollicita constantibus animis fidelissime claruerent sana consideratis multiplicibus fidelitatum studiosis obsequijs. quibus Thomco subpincerna Cracoviensis miles noster fidelis dilectus dudum totius probitatis conatibus sollicite nobis studuit complacere. Horum intuitu ipsum per nostre munificentie donaria nobis ad obsequendum sicut signum arbitramur Cupientes in antea reddere promptiorie prefato

Thomconi

Thomconi et suis heredibus ac suc-
cessoribus legittimis villas Gay et
pleczka Dambrowa in terra Lanci-
ciensi sittas, cum omnibus ipsarum
utilitatibus fructibus censibus red-
ditibus proventibus, agris pratis
campis, pascuis, silvis nemoribus,
quercetis, rubetis, virgultis, gajs
borris, mellificijs, venationibus, mo-
lendinis, piscinis, lacubus paludibus
aquis et earum decursibus, pisca-
turis et alijs omnibus obventionibus,
pertinencijs et apropriandijs univer-
sis ad villas memoratas quomo-
dolibet pertinentibus quibuscun-
que nominibus censeantur, nul-
lis penitus exclusis prout dicte
ville in suis granicijs metis et
gadibus circumferencialiter li-
mitate sunt et distincte da-
mus conferimus et donamus,
donatione perpetua et irrevoca-
bili Jure hereditario perpetuis
temporibus duraturis, easdem
villas per ipsum Thomconem
et suos heredes et Successo-
res legitimos tenendas, haben-

das

das, utifruendas, vendendas et obligandas, commutandas donandas alienandas et in usus suos et heredum et successorum legittimorum beneplacitos et voluntarios convertendas prout sibi et suis successoribus legittimis melius et utilius videbitur expedire. Harum quibus sigillum Nostrum appensum est testimonio literarum Actum in Zarnowyecz feria tercia infra octavas Assumpcionis beate Marie Anno Domini Millesimo Trecentessimo octuagessimo octavo. Presentibus Joanne de Tarnovo Sandomiriensi Spitkone Cracoviensi pallatino, Petro Kmitha Lublinensi Cristino Sandecensi Castellanis, Drogossio Judice Petro Schaphranyecz Subdapifero Cracoviensi et alijs pluribus nostris fidelibus fidedignis.-

Datum per manus Venerabilis Zailicze PreposiIti

siti Sandomiriensis Cancellarii et Clementis de Moscorzow Vicecancellarij Aule nostre fidelium dilectorum.

Konfirmowany przez Zygmunta I. w Krakowie feria quinta post festum Sancti Martini proxima Anno Di 1539.

Łęczyc. Ziem. Ingros. Ks. 18. f. 124.

[Kuraś: Zbiór dokumentów małopolskich Cz. I., s. 242-243]

73

Z oryginału u mnie zachowanego.

1388. [14. IX. Nova Sandecz.]

In nomine domini Amen. Cunctorum perit memoria factorum nisi testibus veridicis scripturisque publicis fuerint perhennata. Ideo Nos Smylo heres de Szeleszniczowa natus strenui viri petri dicti necrza palatini condam Sandomiriensis pie recordacionis, tacti inspiracione divina et affectuosa concupiscencia volentes subuenire remedio ~~salut~~ salut animarum antecessorum patris matris fratrum sororum et puerorum nostrorum pratum in inferiori fine ville dicte parua Szeleszniczowa nostra hereditate in districtu Sandomiriensi situata nec non mansum agrorum ibidem in quo Piculus Kmetho condam residebat damus et assignamus Monasterio ordinis sancti francisci fratrum minorum cum omnibus utilitatibus usibus et fructibus perpetuis temporibus habere et irreuocabiliter tenere omni impedimento quorumlibet procul moto. Visa et audita nostra donacione Religiosus ac deuotus vir Gardianus una cum conventu Monasterii qui pronunc memorati

extat uel in posterum fuerit, secunda feria in septimana missam pro defunctis et animabus nostrorum antecessorum ut prefertur peragere deuote se adstrinxerunt et ut hec donacio et resignacio per nos facta robur perpetue firmitatis valeat obtinere presentes scribi fecimus sigilli quoque nostri subappensione firmiter communiri in testimonium et in memoriam omnium premissorum. Actum et datum in noua Sandecz in octaua Natiuitatis sancte Marie Anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimo octauo presentibus testibus Sbiszcone de Vronowicze Petro herede de Mogilno Nicolao de Weleglowi dicto Nanayko Michesyowie Viceprocuratore protunc Sandecensi herede de .....o Nicolao de Sabelcze Nicolao Omelco Iudice protunc terre Sandecensis et aliis quampluribus fidedignis.

Wisiały dawniey dwie pieczęcie na iedwabiu.

[Kuraś: Zbiór dok. małop. Cz. I, s. 242-243]

74

1388. [14. IX, Nova Sandecz.]

In nomine domini Amen. Cunctorum perit memoria factorum nisi testibus veridicis scripturisque publicis fuerint perhennata Ideo Nos Smyslo heres de Szeleszniczowa natus Strenui viri petri dicti neozra palatini condam Sandomiriensis pie recordacionis inspiracione diuina et affectuosa concupiscencia volentes subuenire remedio salut. animarum antecessorum patris matris fratrum sororum et puerorum nostrorum pratum in inferiori fine ville dicte parua Szeleszniczowa nostra hereditate in districtu Sandecensi situata nec non mansum agrorum ibidem in quo Jacobus Kmetho condam residebat damus et assignamus monasterio ordinis sancti francisci fratrum minorum cum omnibus utilitatibus usibus et fructibus perpetuis temporibus habere et irreuocabiliter tenere omnium impedimento quorumlibet procul moto. Visa et audita nostra donacione Religiosus ac deuotus Vir: Gardianus una cum conuentu memorati monasterij qui premnunc extat vel in posterum fuerit secunda feria in septimana missam pro defunctis et animabus nostrorum antecessorum ut prefertur peragere deuote se ad astrinxerunt et ut hec donacio et resignacio per nos facta robur perpetue firmitatis valeat obtinere presentes scribi fecimus sigilli quoque nostri subappensione firmiter communiri in testimonium et in memoriam omnium premissorum Actum et datum in Noua Sandecz in octaua natiuitatis sancte marie Anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimo octauo presentibus testibus Zbiszcone de Oronowicze petro herede de Mogilno Nicolao de Weleglewi dicto Nanayko Miclusszone Viceprocuratore pro tunc Sandecensi herede de °) Nicolao de Sabelcze Nic.

°) wydarte

lao omelco (omelko) Judice protunc terre Sanderensis et alijs quam pluribus fidedignis.

W. były dwie pieczęci na ceo wabin Kolem wycisnięte, wyrobione.

395.

75

[Rykaczewski, s. 2. Reg.]

1389–1404.

Bonifacius Papa IX. concedit facultatem Episcopo Cracoviensi in sua diocesi reformandi monasteria etiam et exemptorum et uniendi pariter duo vel tria consensu Regis.—

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Episcopo Cracoviensi salutem et apostolicam benedictionem. Justis et honestis supplicum votis illis praesertim per quae Ecclesiis et Monasteriis ac personis Ecclesiasticis sub religionis habitu virtutum Domino famulantibus eorumque statui salubriter providetur et Catholicorum principum vota adimpleantur libenter annuimus et eis quantum cum Deo possumus favorem apostolicum impartimur. Sane ad Nostrum nuper fide digna relatione carissimi in Christo filii nostri Vladislai Regis poloniae illustris pervenit auditum quod in civitatibus terris et locis aliis suae ditioni temporali subjectis quaedam monasteria tam virorum quam mulierum ordinum diversorum fore noscuntur quae adeo in suis facultatibus exilia et diminuta existunt quod eorum fructus redditus et proventus ad congruam sustentationem personarum in illis degentium minime sufficiunt propter quae hujusmodi personae rerum inopia laborantes, vitam ducunt penitus dissolutam et in opprobrium religionis per mundum evagantur, et varia inconvenientia subsequuntur quodque pro reformatione monasteriorum hujusmodi summe necessario et expediens videatur ut singula duo ex monasteriis ipsis cum suis bonis juribus et pertinentiis universis in simul uniantur, et sic unita unum repraesentent conventum et per unum seu unam praesidentem gubernentur quodque saltim moniales quorumdam monasteriorum hujusmodi vitam dissolutam ducentes deinceps remaneant inclusae ne ipsis materia detur evagandi. Quare pro parte dicti Vladislai Regis nobis fuit humiliter supplicatum ut monasteriorum et personarum hujusmodi opportunitatibus in praemissis consulere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eorumdem monasteriorum

statui pro ut ex debito tenemur ministerii pastoralis Paterna solicitudine consulere cupientes hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati suae per apostolica scripta committimus et mandamus quatenus vocatis qui fuerint evocandi de statu monasteriorum in tuis civitate et diocesi consistentium quae reformationis ministerio nascuntur indigere authoritate nostra te diligenter informes et duo seu tria ex hujusmodi Monasteriis quae per hujusmodi informationem talia et dimminuta inveneris ut praefertur consensu et voluntate praefati regis super hoc prius requisitis et optentis cum omnibus juribus et pertinentiis supra dictis eadem auctoritate in perpetuum in simul unire procures. Ita quod hujusmodi Monasteria quae sic per te in simul uniri contigerit ut praefertur post unionem hujusmodi ex tunc in antea perpetuis et futuris temporibus unum representent conventum et per unum seu unam Abbatem seu praepositum aut Abbatissam seu Priorissam gubernentur, et insuper ne moniales Monasteriorum hujusmodi quae periculosius evagantur detur occasio evagandi aut dissolutae vivendi tibi authoritate praedicta statuendi et ordinandi, quod moniales praesentes et posterae illarum ex monasteriis praedictis de quibus praefato Regi et Tibi videbitur expedire deinceps remaneant inclusae ac ritui aliarum monialium inclusarum se conforment, et alia statuta et ordinationes pro honestate religionis utilia edendi ac omnia et singula quae circa praemissa videbuntur necessaria faciendi plenam et liberam eadem authoritate concedimus facultatem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscumque exemptionibus privilegiis indulgentiis gratiis et litteris Apostolicis Abbatibus praepositis Abbatissis et prioriss[is] Monasteriorum hujusmodi ac

ac eorum ordinibus et Monasteriis communiter vel divi-
sim sub quacunque forma vel expressione verborum a Sede
praedicta concessis vel in posterum concedendis etiamsi
de illis plena et expressa ac de verbo ad verbum in praesen-
tibus mentio esset habenda quae quo ad hoc eis in nul-
lo volumus suffragari. Seu si eisdem Abbatibus praepositis
Abbatissis et prioris sis vel quibus vis aliis vel communi-
ter vel divisim a Sede praedicta indultum existat quod
interdici suspendi vel excommunicari non possint per li-
teras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de
verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem
proviso tamen ne aliquod ex Monasteriis praedictis
propter uniones hujusmodi per te ut praemittitur
faciendas ad profanos usus vel ut haereditas rediga-
tur. Datum Romae apud S. Petrum decimo octavo Calen.
februariis pontificatus nostri anno XII. —

B



1389 [4.III.] [A.G.i Z., T.9, nr. 4.]

Nos Mathias Mczislawicz Aduocatus subrogatus necnon Septem Scabini, videlicet Dobesz de Kunina, Laurencius de Friczowa, Nicolaus de Mszalnicze, Mathias de Szedlecz, franco de Gostwicza, Iacobus de Czeczrewina et Mathias de Pissarzowa, feodalis Iudicij Curie Regis Polonie in noua Sandecz Scolteti villarum predictarum publice recognoscimus quibus expedit vniuersis, Quod ad nostram dum Iudicio Bannito presidebamus, accedens presenciam famosus vir longus Seydel Ciuis Cracouiensis, sanus mente et corporea sospitate, non compulsus non coactus, sed de ipsius mera ac beneplacita voluntate, et recognouit, se circumspecto viro Caspari dicto Crugel Ciui de Lamburga vendidisse resignando villas suas, videlicet Sonnenscheyn que Ianuszowa dicitur in wlgari, Hildbrantowa, Boguszowa, Quecrisvowa et Wolfowa cum omnibus vtilitatibus, Molendinis, Tabernis, Piscinis, aquis, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, rubetis, prout in suis granicijs sunt distincte et limitate, eo Iure, quo ipse Seydlo emerat, perpetuis temporibus tenendas, habendas, possidendas, commutandas, vendendas, conuertendas, que, prout sibi suisque legittimis successoribus vtilius videbitur expedire, nichil Iuris penitus in eisdem pro se reseruando, et eciam cum omnibus punctis et articulis, clausulis et Iuribus, prout in priuilegio dictarum villarum continetur. In cuius rei testimonium Sigillum nostri Scabinatus consuetum presentibus est appensum. Actum et Datum in Noua Sandecz in Crastino Cinerum Anno Domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo nono.

1) Dokument pergaminowy przechowany w archiwum miasta Nowego Sącza. Na pasku pergaminowym wisi pieczęć okrągła, w zielonym wyciśnięta wosku, wyobrażająca orła piastowskiego. W otoku napis: ✠ S·IVDICII·FEODALIS TERRE·SANDD·

[Kura's: Zbiór dokum. małop. Cz. I, s. 250]

1454
1579
1565

275v

1391. Oswencim

Nos Iohannes Dei gracia Princeps Oswanczimensis coram omnibus et singulis ad quos presentes pervenerint publice confitemur, et notum facimus, tenore presencium universis. Quod inspectis et consideratis instantibus et votivis supplicacionibus, quibus nobis civitas nostra Libewerde et tota civium et incolarum nostrorum fidelium dilectorum communitas votivis supplicavit, nos vero eorum supplicacionibus utpote justis favorabiliter conniventes Ore principali nostra gracia et potestatis nostre plenitudine donamus et concedimus et presentibus indulgemus memoratis Civibus et Incolis in Libewerde fidelibus nostris dilectis omnia iura civilia (*) cum (omnibus) suis Juribus usibus, utilitatibus, fructibus, censibus emunitatibus et pertinencijs universis, quibuscunque censeantur nominibus ad habenda tenenda usufruenda et Iure quieto possidenda in omni modo et forma quemadmodum nostra metropolitana Civitas Oswanczim habere, tenere, possidere dinoscitur et per omnia perfrui et potiri plenarie et ex toto. Notanter concedimus dicte civitati Libewerde civile Nemus vulgariter Burgerwalt quod quidem dicta civitas et incole eiusdem antiquitus longis retroactis temporibus habuerunt et actenus tenuerunt; de quo eciam nobis et nostris predecessoribus silvestrem (avenam) solvere sunt astricti, quod dictum Nemus (sit omnibus) pauperibus et divitibus liberum et commune; specialiter quidquid est foras dictum nemus, utpote graminea pascua, vulgariter Grazeweyde usque ad veterem viam versus [Belicz usque ad ripam mete] dicte civitatis Libewerde, quod ibidem pauperes et divites omni impedimento et contradiccione postergatis graminare, pascere, metere generaliter habeant et tondere. Item concedimus dicte civitati Libewerde [communem pecorum viam disponendam, ordinandam, faciendam et procurandam tamquam de [eorum] propria et libera via [pecorum] quidquid velint. Item concedimus dicte civitatis Incolis et civibus, quod [ipsorum agros] emendare, augmentare et dilatare valeant piscinis, humectis et ceteris usibus et utilitatibus, quidquid usus et utilitatis excogitare poterint et profectus. Item concedimus omnibus et singulis iure civili perfruentibus in dicta civitate Libewerde cum omnibus suis facultatibus et rebus absque theloneis eundi et redeundi liberam potestatem. Item ad perpetuum testamentum et efficacem nostre [Salutis] Civitatis incrementum, nostrum pedagium in dicta civitate [permittimus] liberum et solutum. Item [concedimus dicte] civitati Libenwerde mensales denarios vulgariter [Tischteller], de Salis sectoribus vulgariter Salzhulwern, quod hijs vias methodos pontes et semitas valeant emendare. Novissime concedimus,

---

* „hoc est ius mandemburgense" dodaje transsumpt Zygmunta Starego, choć tego w tekście przywileju Kazimierza Jagiellończyka nie ma, tylko jest tamże odsyłacz zrobiony *, a na dole na zakładce już pergaminu inną ręką nowszą, dopisane.

mus dicte Civitati Libenwerde, quod si aliquis Terrigenarum Rusticorum, Civium aut hospitum, sive fuerit indigena vel extraneus aliquod ~~h~~ commune hospicium intraverit, (suam pecuniam (consum)pturus, et nondum solutis (sumptibus) aliud hospicium intrare voluerit, prohibemus sub nostre obtentu gracie, quod nullus eundem in domum suam suscipiat, tenere nec fovere presumat, (tam)diu donec (priori) hospiti de omnibus suis debitis, que (contra)xit, competenter fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Oswanczim, in die Corporis Christi, Anno domini Millesimo (tri)centesimo Nonagesimo (primo). —

Jest-to transsumpt wcielony dostownie w oryginalnym przywileju ratyfikacyjnym
1) Króla Kazimierza Jagiellończyka z r. 1454. który obacz niżej. — Ten znów Kazimierza przywilej wraz z powyższym X^{cia} Jana, jest przejęty w nowszym przywileju ratyfikacyjnym Zygmunta
2) Starego oryginalnym z r. 1519. — a znów ten, i wszystkie razem są przejęte dostownie i ratyfikowane w oryginalnym przywileju
3) Zygmunta Augusta z r. 1565. — Oryginału snadź nie ma pierwiastkowego. — Udzielonym mi było te nadanie p. P. Apolinarego Tomkowicza, któremu pożyczono z archiwum Urzędu miejskiego miasta Kent. — ~~pierwszymi~~

VII. 1391, die 31. mensis Octobris, Leopoli.

[Mat. arch. nr. 9.]

Vladislaus II rex Poloniae ratam facit venditionem villarum Dobruczyce et Wienczawice a Michaele Szaba Petro Aniladyno Armeno CCC sexagenis Ruthenicalibus factam.

In nomine Domini amen. Nos Vladislaus Dei gracia rex Polonie princeps Lithuanie necnon supremus heres Russie, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo ad nostre maiestatis presenciam Aniladyn Armenus mercator noster (accedens), deposuit coram nobis literam nobilis Iohannis de Tarnow, fidelis nostri dilecti, palatini Sandomiriensis et capitanei terre Russie, nostri generalis, nobis humiliter supplicando, ut eius munimenta et iura, que coram ipso gesta et facta erant, predicto Aniladio mercatori nostra regia auctoritate ratificaremus, que ab ipso palatino nostro habuit. Cuius literarum forma talis fuit:

„Nos Iohannes heres de Tarnow, palatinus Sandomiriensis et capitaneus Cracouiensis, Russie generalis, ad rei memoriam, dum venerit presens litera et accio (significamus), quomodo ad nostram veniens presenciam et nostrorum assessorum fidedignorum constitutus nobilis Michael alias Szaba heres predictarum (!) villarum, videlicet Dobruczycze alias Beyeka et Wienczawicze, sanus mente et corpore, nec coactus nec compulsus, sed habito maturo consilio suorum amicorum, vendidit predicta sua bona, videlicet Dobruczycze alias Beyldow et Wienczawicz Petro Aniladio pro tricentis sexagenis numeri Ruthenicalis, cum utilitatibus, agris, piscinis, molendinis, sylvis, gaijs, quercubus, lacubus, venacionibus, rivulis et cum theloneo, prout ab antiquis temporibus dignoscitur pertinere, videlicet dum ducitur pannum vel mel, per unum grossum tollitur atrum (!); predictus vero Michael vendidit tam longe et tam late, prout solus tenuit et possedit, prout sui antecessores possidebant, ad habendum et tenendum, possidendum, vendendum, commutandum, prout sibi et suis posteris videbitur expedire etc. Nos vero consi-

deratis eius fidelibus seruicijs nobis exhibitis, ex nostra speciali gracia dedimus et donauimus predicto Aniladio Armeno fideli nostro et suis successoribus legittimis predicta (s) prata Osmi-lamin, Ostrow et Sabucze, insuper eciam libertatem concessi-mus tam longe et late, sicut piscina extendi poterit ad nos-tros campos seu prata, que spectant ad Gay, eciam liberum facimus ad syluas post fluuium Zaltewy vbique lignis vel pro edificijs excindendis et alijs vtilitatibus ad perpetua tempora obtinendum. Insuper fecimus predictum Anila-dium heredem in his bonis et constituimus, et contulimus ad vendendum et commutandum et alienandum, prout sibi me-lius videbitur perpetue firmitatis obtinere. Actum et datum in Leopoli in vigilia Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo. Presentibus his stre-nuis viris: Iohanne Sandomiriensi, Spitkone Cracouiensi, Sandziwogio capitaneo Poloniensi, Drogossio iudice, Wladkone pincerna Cracouiensibus, alijsque quam pluribus nostris fidelibus et fidedignis. Datum per manus honorabilis viri domini Za-clicze prepositi Sandomiriensis, aule nostre cancellarij, nostri fi-delis dilecti.

Teka Naruszewicza 9, N. 113, z oryginału opatrzonego pie-częcią, przechowanego niegdy w metryce koronnej.

1393. [4. XI.] [A. G. i Z., T. 5, nr. 20.]

In nomine Domini Amen. adperpetuam rei memoriam Hedvigis dei gracia Regina Polonie nec non Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cujavie lithuanie princeps suprema, Pomeranie Russieque domina et heres /etc/ 2mgam Reginalis circumspecta benignitas de sue liberalitatis munificencio, universorum ex officio debito subditorum quadam generalitate dignatur utilitati intendere et ea que grata ipsorum et ~~comm~~ ma ~~ncessan~~tur efficere consideracione gratiosa perpendat. Ad illorum tamen procurancia utilitatum commoda, quodam singulari favore uberius inclinatur, quos intemerate fidei firma constancia et indefessi laboris ~~diu~~ turnitas claris testimoniis recomendant. Sane considerantur clare fidei studio, continui solercia laboris, quibus Illustris princeps dnus feodor et sui progenitores duces Ostrogovienses Magestatem nostram et predecesores nostros lithuanie et Russie duces sunt acternis venerati et ad huc idem Domine feodor fideles nobis foratus est exhibere famulatus quorumque multiorum ipsum specialis favoris prerogativa prosequi cupientes eidem domino feodor suis heredibus et legitimis successoribus dantes et conferimus perpetuam et omnimodam facultatem, castrum ipsius Ostrogoviensem cum districtu Ostrogoviensi ad ipsum castrum Ostrogoviensem pertinentem habendi, tenendi, vendendi, combiendi, obligandi, donandi, utifruendi, et perpetue possidendi, constituentes et efficientes supremum dnum feodor suos heredes et successores legitimos supradicti Castri et districtus ad ipsum pertinentis, heres et legitimos heredes et dnos ~~ac~~ ac perpetuos possesores. Talitamen interposita conditione, quod dnus feodor sui heredes et successores legitimi cum ipsorum hominibus quos habent vel habere poterunt majestati nostre nostris successoribus ac corone ipsius

regni

regni Polonie famulatus et servata exhibere sint astricti eo mode et conditione quibus dnus Dux feodor Illustri principii olym dno lubardo duci Wolodi-miriensi ab antiquo Cnoscitur servivise, Harum quibus Sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum: Actum Cracovia feria tertio infra ~~octavas~~ octavas omnium sanctorum. Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo tertio. Presentibus Dimitrio de Goray. Marszalko Serenissimi principis Wladislai Regis Polonie et consortis nre carissimi, Cristinio Castellano Sandomiriensi Magistro Curie aule nre Drogomiro Iudice gnali Thomicone Subpincerna Cracoviensi Clemente de Quilina Subpincerna Ianisio de Botorziino Subcamerario et magistro coquine

Aule nre ac aliis quampluribus nostris fidelibus fidedignis Datum per manus honorabilis Dionissii prepositi Scarbimiriensis Cancellarii et Petri de Szczybryky Notarii nrorum fidelium dilectorum



Na wierszchu napisano sławianskim charakterem z jedney strony, a łacinskim z drugiey w dawnieyszym czasie spłowiałym Atramentem

po słowiansku

Przywiley Krolowey Jadwigi dany na Ostrog cum attinentiis Xiąziu Jmu Feodorowi Danilowicza Ostrog z ktorym z ludzmi swemi służył Krolom i Rzplitey jako służył Xiąziu Lubardowi Włodzimirskiemu służący

A° 1393

Tra Sirifu octavo 00 Panek w Krakowie

Przywiley Krolowey Jadwigi
Xięciu Fedorowi na Zamek Ostrogski
cum attinentiis

R 1393

Oryginał na pargaminie
ze sznurkiem jedwabnym zielonym
i pięknie zachowaną Pieczęcią
w Archiwum Xcia Lubomirskiego
w Dubnie

[Perlbach] 29 212.

Kölner Cop. fol. 29a.b. n. 63. 82

Fr. Johannes abbas monaster. Landens. (1395, Mai 2, s. l.;

Abt Johann von Ląd verkauft den Brüdern Peter, Johann und Janusius die Scholtisei von Koszuth.

Sculteçia in Koszut.

In nomine domini amen. Nos frater Johannes abbas monasterii Landensis ordinis Cysterciensis Gneznensis dyocesis ad noticiam singulorum tam presencium quam futurorum deducimus per presentes, quod sculteciam nostram in villa nostra Koszuthi situatam cum sex mensis(!) liberis discretis viris Petro et Johanni et Janusio fratribus germanis eorumque legitimis successoribus pro quinquaginta marcis grossorum Bohemicalium Polonicalis numeri XLVIII grossos pro marca computando iusto titulo vendicionis et empcionis de speciali voluntate et consensu fratrum nostrorum totiusque conventus monasterii predicti Landensis vendidimus perpetuis temporibus tenendam, habendam et usufruendam, hoc adicientes, quod idem in dicta villa seu hereditate nostra fabricam sutoriam, tabernam, pistrinum, maccellum, terciamque partem iudicatorum et communia pascua et cum hoc proprium gregem ovium et proprium suum opilionem ex nostra licencia et kmethonum seu incolarum inibi habitancium libere poterit optinere ita tamen quod predicti sculteti pro reformatione et melioratione pontium tenebuntur tres scotos dare et solvere quando fuerint requisiti annuatim. Et quitquid eciam alii sculteti in aliis hereditatibus in iure Theutonicali situatis seu locatis optinent ipsi similiter optinebunt, de piscatura vero in obstaculo[a] nostro ibidem* ante molendinum situato nullum ius piscandi habebunt. Servicia nobis et nostro monasterio cum uno equo IIIJ marcarum vel quatuor quando opus fuerit faciet fideliter nobis ministrando. Incole vero hereditatis iam dicte dudum iure Theutonicali locati de quolibet manso quatuor mensuras siliginis et quatuor (IIIIor) tritici et totidem avene mensure

* fol. 29b.

a) ob untergeschr.

Sisdrensis et fertonem grossorum Bohemicalium usualium annuatim nobis et nostro monasterio in festo sancti (Lůk̇ȧ) dare et ex
10 l.
integro solvere et ad nostri monasterii granarium propriis vehiculis seu curribus adducere tenebuntur. Tribus diebus nobis in anno arare tenebuntur et cum requisierimus duobus curribus nobis servient tribus equis currui adunatis. De duobus autem magnis iudiciis mediam marcam grossorum annuatim nobis solvere tenebuntur et sculteti de tercio iudicio solvere tenebuntur. Et quidquid Theutonici aliorum comitum terre equali iure fruentes faciunt et nostri facere tenebuntur. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsis dedimus nostri et nostri conventus sigillorum appensione munitas. Datum in dominica qua cantatur Iubilate anno domini M°. CCC°. nonagesimo quinto presentibus nostris fratribus dilectis Heinrico priore, Iohanne suppriore, Felice granario, Iohanne portario, Gerardo magistro mangne curie et Hermanno cellerario et aliis quam pluribus fidedignis.

cop. A coll.
4 13. XII. 82 P.

[Perzanowski, nr. 119]

Laurencius abbas monasterii Lubinens. 1397 Jun. 29, in Crivin; Johanni sculteto de Żytowiecko ~~medi~~ partem advocatiae de Krzywiń vendit.

Perg. or. ~~Z~~ Przez założony brzeg przeciągnięte pół jedwab. czerwone sznury, na których wiszą 2 podługowate pieczęcie; 1 wyo. przedstawia stojącego pod cymborium opata wspartego prawicą na pastorale, który lewą trzyma przed piersiami księgę. Napis: S. Laurencii ... abbatis in Lubin. 2ga pieczęć klasztoru Lubińskiego (Kod. Wielkop. pieczęć .)

Krzywiń. Dokumenta Kościoła parafjaln. Nr. 2. — Odpisany także w Liber viridis pag. 129 Bibljoteki Seminar. Duchown. w Gnieźnie.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Sagax ~~nature~~ humane nature discrecio memorie hominum pensata labilitate ne diuturnitate temporum ea que inter contrahentes aguntur oblivionis defectu subiacent ~~nisi~~ nisi sufficienti testimonio literarum perhennantur. Nos igitur Laurencius miseracione divina abbas monasterii Lubinensis una cum consensu fratrum nostrorum notum facimus quibus expedit universis tam presentibus quam

futuris presentem literam habituris et legentem audituris quia bona deliberacione sani consilii maturo animo bene deliberantes provido viro Johanni sculteto de Szythkowczsko sibi et suis legittimis liberis natis ac in posterum nascendis vendidimus nostram partem advocacie nostri dominii in opido nostro Criwn pro viginti marcis grossorum Pragensis monete numeri Polonicalis. Ad quam quidem advocaciam habebit duos ~~mansos~~ magnos liberos illos quos nos et predecessores nostri in eadem latitudine et longitudine ab eterno tenuimus et tennerunt perpetue possidendo. Qui quidem mansi iacent simul inter hereditatem dictam Marjisewo et agros civium Criwinensium directe ducendo ad vadum qui (sic) proprie dicitur Czarni brodo qui eciam iacet prope fluvium dictum Obra. Preterea eciam potest dictus advocatus et eius successores legittimi trecentas oves servare et eas libere pascere preter grege opidanorum. Eciam sepedictus advocatus et eius ~~successores~~ posteritas legittimā potest servare canes venaticos videlicet valtres proprie charthi leporarios odorarios proprie viszli aves eciam videlicet accipitrem nisum ad agitandum perdices quisculas swasones

et ceteros aves. Insuper advocatus prius dictus et eius postremi (sic) letittimi (sic) habebunt tercium denarium de re qualibet iudicata in advocacia predicta resignaciones iuramenta arrestaciones ex integro. Contulimusque dicto advocato et ipsius legittime posteritati aream wulgariter Szedlisze prope walvam in parte sinistra exeundo de civitate versus Lubin ubi prius molendinum wulgariter Conski mlin situm erat pro locacione sue mansionis. Addidimus eciam quod dictus advocatus prius nominatus et eius posteritas legittima potest dictam advocaciam vendere permutare et ad usus proprios convertere prout sibi et suis successoribus legittimis melius ac utilius videbitur expedire et facietes ipsum advocatum et eius successores legittimos ab omnibus serviciis exaccionibus solucionibus penis communibus tributis contribucionibus quibuscumque nominibus censeantur pevitus que ad nos pertinere dinoscantur liberum quitum (sic) totaliter et exemptum. Ceterum dictus advocatus et eius successores legittimi suo anno in tempore prout ibidem est consuetudo census nostros exigere colligere tenetur et extorquere. Ut autem

hec nostra libera vendicio ac publica confirmacio robur obtineat perpetue firmitatis nostro et nostri capituli sigillorum munimine fecimus perhennare. Datum et actum in opido nostro Criwin die ipso beatorum Petri et Pauli apostolorum sub anno Incarnacionis Domini nostri Jhesu Cristi millesimo trecentesimo. et nonagesimo. septimo. presentibus hiis. Johanne Wyszota de Oporowo. Materna de Osek. Holbracht Czakwicz nobilibus armigeris.. Nicolao advocato. Andrea proconsule. Janusio Nesel civibus Criwinensibus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Per manus Mathie quondam Martini de Keblowia publico imperiali auctoritate notarii rectore parochialis ecclesie sancti Leonardi prope et ante monasterium Lubinense.

—

[Perlbach] 30 219.

Kölner Cop. 6b 7a n. 10. 85

Nicolaus her. de Wenacia,
iud. Kalisiens. [139[?]] Octobr. ~~13.~~ 28, ~~Ląd~~ in monasterio Landa;
1397 r.

Nicolaus, Erbe von Wanacia, Richter von Kalisch, schenkt ~~verkauft~~ dem Kloster Ląd
das ihm gehörige Drittel des Dorfes Mokownicza.

Copia privilegii x.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Cunctorum perit memoria factorum nisi testibus veridicis et scriptis publicis fuerint roborata. Proinde nos Nicolaus heres de Wanacia iudex Kalisiensis notum fore volumus omnibus et singulis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quod matura deliberatione previa sano sufficientique consilio[x] habito divina nobis annuente clementia cupientes anime nostre et animabus progenitorum nostrorum ac affinium remedium fieri salutare hereditatem nostram Mokownicza nuncupatam sub propugnaculo Gneznensi sitam, quam ad tempora vite nostre debebamus possedisse, considerantes itaque anime nostre saluti salubrius subvenire nunc rationis et vite compos persistentes mente liberali et premeditatione pociori ipsam hereditatem Mokawnicza dictam nostra tercia de parte dei omnipotentis et beatissime Marie virginis ad laudem et honorem, ad usum vero et profectum fratribus ordinis Cisterciensis ac tocius conventus monasterii in Landa cum omnibus fructibus, usibus et utilitatibus, pascuis, pratis, agris, silvis, borris, mellificiis, aquis, lacubus, stangnis, paludibus, et generaliter cum omnibus obvencionibus seu pertinenciis, libertatibus, iuribus, dominiis, nichil nobis et nostris successoribus in prenotata hereditate iuris et proprietatis reservantes, prout dicta hereditas in suis metis, limitibus et graniciis ab aliis metis est distincta et limitata, dedimus, donavimus, contulimus, assignavimus, incorporavimus et presentibus damus, conferimus, donamus et in perpetuum

[x] fol. 7a

resignamus habendam, tenendam, usifruendam et perpetuis tempori-
bus per dictum monasterium et fratres eiusdem possidendam paci-
fice et quiete. Nos itaque dictam donacionem et resignacionem
rite et totaliter factas ratas gratas atque firmas habentes approba-
mus et ratificamus harum, quibus sigillum nostrum est appen-
sum testimonio litterarum. Actum et datum in monasterio Landa
dominica qua in ecclesiis decantatur omnia que fecisti nobis, pre-
sentibus honorabili viro Nicolao decano Slupcensi, strenuis militi-
bus dominis Thomkone subpincerna Cracouiensi et Maioris
Polonie capitaneo generali, Alberto castellano Brzestensi, Kaskario
Kozarzewski, Johanne Golinski, Vincencio Strzalkowski[a], Nicolao Gerwarthows-
ki et aliis plurimis nobilibus fidedignis.

a) davor Strzal ausgestr. K.

cop. A coll.
12. XII. 82. p.

[Perlbach]

31

223.

Kölner Cop. fol. 25b. 26a. n. 51.

-86

Thomko subpinc. Cracoviens.
et capitan. M. Polon. generl. 1398, ~~Februar~~ 11, ~~Pysdry~~ in Pyzdra;

Thomko Unterkämmerer von Krakau und Hauptmann von Groß Polen beurkundet, daß Nicolaus von Wenacia, Richter von Kalisch, sein Dorf Mokowniza an das Kloster Lad verkauft hat.

Copia privilegii XXX.

Nos Thomko subpincerna Cracouiensis et capitaneus Maioris Polonie generalis significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod ad nostram ceterorumque eiusdem terre Polonie veniens presenciam strenuus vir Nicolaus iudex Kalisiensis et heres in Wenacia non conpulsus non coactus neque errore aliquo seductus vel vicio circumventus sed sanus mente et corpore existens animo deliberato et de sua spontanea voluntate anime sue cupiens salubriter consulere centum marcas grossorum Pragensium numeri Polonicalis XLVIII grossis quamlibet marcam faciencium in et super hereditate sua Mokownicza dicta in districtu Pizdrensi situata religiosis et devotis fratribus abbati et conventui ordinis sancti Bernhardi in monasterio Lendensi et ad ipsum monasterium assignavit, asscripsit et deputavit sub tali condicione, quod post mortem ipsius Nicolai iudicis Kaliensis predicti capitaneus Polonie, qui pro tunc fuerit, ipsos abbatem et conventum Landensem monasterii predicti vigore presentis littere et potestate propria debebit inducere in possessionem pacificam eiusdem hereditatis Mokownicza per eosdem abbatem et conventum monasterii Landensis supradicti cum omni iure et dominio sicut ipse Nicolaus iudex tenuit et possedit cum* omnibus censibus agris pratis pascuis silvis gaiis borris mellificiis mericis rubetis aquis earum decursibus molendinis stagnis paludibus piscinis et generaliter cum singulis utilitatibus ad dictam hereditatem Mokownicza quolibet de iure pertinentibus, prout ab aliis hereditatibus in suis graniciis est distincta et circumferencialiter limitata tenendam habendam et possidendam tamdiu donec centum marcas grossorum domino abbati et conventui monasterii

*fol. 26a

Lendensis sepedicti per propinquiores eiusdem Nicolai iudicis fuerint ex integro persolute hoc specialiter declaramus quod census qui per abbatem et conventum monasterii sepedicti levabuntur in possidendo hereditatem Mokownicza memoratam non debebunt in sortem videlicet centum marcas sive in capitalem pecuniam computare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ex nostra certa scientia presentibus est appensum. Datum et actum in Piisdra in crastino beate Scolastice virginis sub anno domini M° CCC° XCVIII° presentibus venerabilibus et nobilibus viris dominis Andrea preposito Wladislaviensi, Dirslao de Lichin venatore Kalisiensi, Paulo de Grabossowo, Petrassio de Beganowo, Vincencio de Sarbinowo et Johanne de Chlandowo heredibus ac aliis pluribus fidedignis.

cop. et coll.
13. XII. 82. P.

1400.

[Dogiel., T.1., s.600. Reg.]

Ia Iwaszko syn Petrow, ziedycz wołaskiy i pan Wilcza, po-
ruczaiem i wzruczyli iesmo u naszeho hospodara, u welebnoho
korola polskoho, Romana, a slubuiem i slubili iesmo za Ro-
mana, aze imaiet Roman służyty naszemu hospodaru, kro-
lu Wołodysławu polskomu i koruni polskoy i weren byty
bez olsty i bez chytrosty a w konatstwa Roman ne imaiet u-
spominaty ani zanitowaty ni pred odnym człowiekom ini
na kniazia Switryhayła nemaiet zmływaty; paskliby
Roman poczał i załował pred kim toho albo na kniazia
Switryhayła, tohdy my maiewa to koły synoho Romana
opiat postawyty i daty w ruce naszemu miłemu hospodaru,
Krolu polskomu. Ina krepost semu listu naszy peczaty pry-
wesli iesmo w horode Weresty, rozestwa Christowa tysia-
cza let i cztyrysta let.

Teka Naruszewicza 10 N. 12 z oryginału ruskiego na
pargaminie, przechowanego niegdy w Archiwum Koron-
nem, opatrzonego dwiema pieczęciami, które odpadły.

1400.

[Rykaczewski, s. 133. Reg.]

Ja Iwaszko syn Petra wojewody, dedycza zemli wołoszkoie, znamieno czyniu sym listom, aże welebnyi hospodar Władysław i z Bożey miłosty korol polski i welebnyi kniaz Witowt litowskiu, smiłowały sia nadomnoju, ~~pr~~ prinia-li sut mene sobie słuhohoiu, tohda słuhoiu im weren byty i służyty na wsich miestcech bez olsty i bez chitrosty, także koli mi Boh pomożet, budu hospodarem i wojewodoju w zemli wałaskoy, ślubuiu i sey list na sebe daiu, aże choczu tym łepiey służyty naszemu miłostywemu hospodaru, koroli polskomu preże napisanomu i welebnemu kniaziu Witowtu i Koruny polskoy weren byty so wsiemy moiemy boiary wałaskimi i so wsieiu zemleiu wałaskoiu pry nich i zosta na wieki, protywu ich ne byty nikotorym wieremienem mimo ich inych hospodarew ne iskaty bez olsty i bez chytrosty. Także choczu otstupyty naszemu hospodaru, korolu polskomu toie zemli szepinskoie i tych horodew, szto sut w ney po stariu hranycu; a tez szto moy otec Petr woiewoda pozyczył peniazey moiemu miłomu hospodaru, korolu polskomu, i tych sia otstupaiu i list choczu toy wrotyt. I na krepost senu moiemu listu peczat moiu priwesili iesmo w horode Wereslu w czetwer, w den Preczystoia Matki Bożoy, pod let Rożestwa Chrystowa tysiacza let i czotyrysta let. I na to na wsie ślubili iesmo czełowat krest z panom Wilczeiu i peczat Wilczyna prywesena z moieiu. A choczu hołdowaty podlub chresty-ianskoho prawa.

Teka Naruszewicza 10 N. 9, z oryginału pargami[nowego].

1)

nowego, przechowanego niegdy w Archiwum Koronnem, u którego na pasku pargaminowym wisiała jedna mała pieczęć.

1400. 89.

obl. Crac. 10 p. 453.

17/8.

do Rusi nalerzy

[A.G. i Z., T. 10, nr. 31, Reg.]

1

In nomine Domini Amen. Noverint universi presentes et futuri presentium notitiam habituri, quod nos Boleslaus alias Swidrigallo, Dei gratia dux Lithuanie, dominus et heres terre Podolie inclinati precibus studiosis religiosorum virorum fratrum minorum ordinis sancti Francisci habitantium circa ecclesiam sancte Marie civitatis nostre Camenecensis cupientes p. habere orationes salutaras, donationem seu donationes, quam vel quas nostri predecessores fecerant, dederunt, resignaverunt eisdem fratribus monachis ecclesie sancte beate Marie Virginis pensuram decimam castri Orture penes pontem, prout ab antiquis a presentia nostrorum predecessorum tenuerunt, habuerunt, possederunt et adhuc teneant, possideant et habeant, prout quam quidem donationem ratam gratam atque firmam inviolabiliter tenendam habemus, ipsamque de speciali nostra voluntate et gratia confirmamus per presentes. In cujus rei testimonium presens privilegium seu confirmationem privilegii per Joannem nostrum presbiterum factotum scribi nostrique appensione sigilli fecimus roborari. Actum et datum in Camenecz, castro

2

feria tertia post festum assumptionis beate Virginis, genitricis Dei sub anno Domini millesimo quadringentesimo presentibus strennuis et nobilibus viris Dominis Hriczkone Kierdeyelnecz capitaneo nostro Camenecensi herede de Docholecz, Michalas, Walacho Iwancone heredis in Czulicze et aliis quam pluribus testibus fide dignis. –

1400. [5. X.]

[Kod. Maz. nr. 137.]

In nomine Domini amen. Nos Albertus Dei gracia episcopus ecclesie Posnaniensis, tanquam superarbiter, Daczbogius cantor, Vlricus prepositus sancti Michaelis, Nicolaus de Baklowo, Iohannes Wladimiri, canonici ecclesie Plocensis, Timossius iudex Wyschegradiensis, et Nicolaus Suska succamerarius Czechonouiensis, tanquam arbitri, arbitratores et amicabiles compositores per partes infrascriptas, videlicet illustrissimum principem, dominum Iohannem seniorem ducem Mazouie et eius successores, ac nobiles tocius sui ducatus et dominiorum, ex vna, et reuerendum in Christo patrem, dominum Iacobum episcopum Plocensem et eius ecclesiam et capitulum et clerum, parte ex altera, in solidum nominati et electi, ac in compromisso per dictas partes facto, expressi; propter bonum pacis et concordie inter ipsas partes hincinde habendum, pronunciamus, laudamus, sentenciamus, ordinamus, disponimus et arbitramus in hijs scriptis:

(§ 1). Primo videlicet, quod omnes et singule displicencie, rancores et odia euellantur et extirpentur de cordibus dictorum dominorum, ducis et episcopi Plocensis, seque mutuo tractent sincere, honorifice et decenter. Dominus episcopus dictum dominum ducem vt protectorem et patronum, ipseque dominus dux prefatum dominum episcopum Plocensem vt patrem spiritualem et sue salutis custodem et pastorem.

(§ 2). Item vt omnes decime manipulares ducatus et dominiorum dicti domini ducis, grani cuiuslibet, videlicet tritici, siliginis, ordei, auene, pisi, milei, papaueris, in campis duntaxat seminalis manipulatim, duoque grossi monete in terra communiter decurrentis de quolibet manso Culmensi ra-

./.

cione lini et canapi annis singulis perpetuis temporibus solvan-
tur dicto domino episcopo Plocensi, ecclesie sue ac singularibus
personis seu tocius ducatus et dominiorum predicti ducis per cme-
thones seu rusticos villarum et possessionum ac officiorum quorum-
cunque locatorum ac locandorum, de agris locatis et excultis,
locandis et excolendis, absque contradiccione et quolibet impe-
dimento, sic, quod liceat collectoribus decimarum dicti domini
episcopi et ecclesie in horreis cmethonum villarum quarumlibet
iuxta arbitrium et voluntatem collectorum ipsorum decima-
rum, quos ipsi rustici non debent repellere, sed pocius gratuite
admittere ad ipsarum decimarum in horreis ipsorum locacio-
nem supradictam. Nobiles eciam seu terrigene non debent presta-
re aliquod impedimentum in earundem decimarum loca-
cione apud eorum cmethones supradictos.

(§ 3). Ad quarum decimarum colleccionem seu decimacio-
nem collector decimarum tenetur comparere quoad hyemalia
colligenda ante festum beate Marie Assumpcionis inclusive;
quantum vero ad estivalia ante festum Nativitatis sancte Ma-
rie similiter inclusive. Quem ipsi cmethones teneantur expec-
tare huiusmodi frumenta non movendo de campis ad
dicta festa, et non ultra; quibus elapsis cuilibet cmethonum
predictorum liceat sua frumenta de campis levare et conducere
ad horrea sua, dimissis in campis sex manipulis de quolibet
capete, sexaginta manipulos continente. ~~Qui eciam cmethones~~

(§ 4). Qui eciam cmethones si seminaverint huiusmodi fru-
menta in hortis, ipsos hortos amplificando ultra morem con-
suetum, tenebuntur ad solucionem decime manipularis modo,
quo supra, excepto papavere, cuius decimam de huiusmodi
hortis solvere non tenebuntur.

(§ 5). Item super vecturam et conduccionem decimarum

./.

./. predictarum de campis supradictis, recurratur ad morem et consue-
tudinem terre Cracouiensis, et quemadmodum reuerendus pater
dominus episcopus cum suo capitulo Cracouiensi sub eorum sigil-
lis literam clausam scripserint, an teneantur ecclesie eorum Craco-
uiensi cmethones regales et nobilium decimas conducere et condu-
cunt propriys eorum vecturis, ita et in terris dicti domini ducis cme-
thones facere tam ducis, quam nobilium sunt astricti, saluo eo,
quod si aliqua persona ecclesiastica ad domum suam proprio
curru conducere voluerit de campis huiusmodi decimam, nul-
latenus debeat impediri. De villa autem, vbi iam decima loca-
ta fuerit in horreo cmethonis, non licebit ipsi persone ecclesiastice
cum straminis et paleis ipsam decimam educere, nisi volun-
tate ipsius cmethonis accedente.

(§ 6). Quodque huiusmodi solucio decimarum manipula-
rium incipiatur in anno proxime venturo tempore messis, vi-
delicet anno Natiuitatis Domini millesimo quadringentesimo
primo.

(§ 7). Item quod cum solucio decimarum pecunialium sit de-
tenta per cmethones villarum nonnullarum per quatuor annos
proxime preteritos, prefati cmethones sic debitorum teneantur
soluere per decem grossos pro duobus annis in festo sancti Mar-
tini proxime venturo, pro reliquis vero duobus annis per alios
decem grossos in alio festo sancti Martini anno futuro, festum
sancti Martini proximum immediate secutoro: de quolibet
manso decima manipulari tempore messis, vt premittitur,
nihilominus persoluta. Si autem quis cmethonum solum v-
nam anno presenti decimam non soluerit, soluet per sex gros-
sos in festo sancti Martini anni presentis supradicto. Quod
si constiterit et approbatum fuerit, quinque annis huiusmodi
decimam non esse solutam, pro quinto eciam anno quinque
grossi in anno tercio persoluantur.

(§ 8). Item de et super nemoribus ducatus et ecclesie honorabiles et nobiles viri Arnoldus prepositus et Tiborius cancellarius ecclesie Plocensis pro parte ipsius ecclesie et Sassinus de Laszanki subpincerna Varschouiensis et Bogustaus heres de Scascewo, pro parte dicti domini ducis die dominico proximo ante diem Symonis et Iude apostolorum beatorum comparcant in Polkowsko, abinde ad dicta nemora ulterius progressuri, vbi conuocatis illarum parcium hominibus nobilibus et communibus, fide et fama dignis, noticiam dictorum nemorum habentibus, ab eis exigant corporalia iuramenta de veritate dicenda, sic, quod demonstrent et ostendant atque ducant dictos quatuor dominos per fines, terminos, limites et granicies, diuidentes nemus ducale a nemore ecclesie Plocensis, et hoc faciant sub iuramento predicto non causa timoris, precij, amoris, odij vel fauoris, sed pure propter Deum et iusticiam. Licebit eciam domino episcopo vti circa hoc priuilegio ecclesie, si quod habet, nec aliqua parcium predictarum ducis aut episcopi debet incutere minas seu terrores hominibus diocesis Plocensis. Quem terminum dictis partibus assignamus ad audiendam nostram voluntatem super eo et super alijs capitulis inferius scriptis. Quod si prius et cicius conuenire commode poterimus, extunc vno mense nos arbiter predictus per nostram literam vocabimus partes easdem, ipsis certum terminum statuendo.

(§ 9). Item dominus episcopus prefatum dominum ducem et omnes et singulos nobiles et communes homines sibi adherentes, ab omnibus et singulis sentencijs excommunicacionum et aggrauacionum et interdicti, contra ipsos latorum quomodolibet et emissorum tenetur absoluere sine dilacione interdictumque tollere ac eciam relaxare, et insuper consentire in dicti domini ducis absolucionem a

sentencijs contra dictum dominum ducem et suos per executorem
a Sede apostolica delegatum, promulgatis. Prefatus quoque do„
minus dux omnes ~~diffi~~ diffidaciones et banniciones, si quas fe„
cit et emisit contra dictum dominum episcopum et suos, debet
relaxare et tollere in toto; dominus vero episcopus debet recedere
ab omnibus instrumentis et protestacionibus contra eundem
dominum ducem super huiusmodi bannicione et diffidacio„
ne factis, que instrumenta nos tenore presencium cassamus,
irritamus et totaliter annullamus. Item quod cum idem do„
minus dux dicat se non prestitisse mandatum, fauorem et
ratihabicionem Andree Sassini ad spolia, rapinas et dam„
na hominibus dicti domini episcopi et sue ecclesie per ipsum
Andream et suos complices facta, commissa, patrata seu il„
lata, idem dominus dux debet facere iusticiam expeditam
vno die certo, absque dilacionibus, predicto domino episco„
po, si hoc pecierit, contra Andream memoratum. Si autem
domino episcopo placuerit, poterit suas iniurias, damna et
rapinas prosequi in dicto Andrea et suis complicibus, cen„
sura ecclesiastica mediante.

(§ 10). Item vt maior affectus et sinceritas inter prefatos
dominos ducem et episcopum augeatur, ab omnibus et sin„
gulis fructibus perceptis racione dictarum decimarum et ex„
pensis quibuscumque in curia et extra factis, in quibus i„
dem dominus dux domino episcopo Plocensi et sue ecclesie
per tres sentencias diffinitiuas existit condemnatus, eun„
dem ducem absoluimus. Et insuper ab omnibus et singulis
damnis, spolijs, iniurijs eidem domino episcopo et sue ec„
clesie Plocensi per eundem dominum ducem et suos factis
et illatis in recepcione castri et oppidi Polthowsko et alia„
rum villarum et possessionum ecclesie, sepefatum dominum

./.

ducem similiter absolvimus, ipsi domino episcopo et sue ecclesie
Plocensi suisque successoribus perpetuum silencium imponendo.

(§ 11). In cuius recompensam supradictus dominus dux cum
suis nobilibus ecclesiam Plocensem supradictam et eius ac to-
cius cleri personas debet reddere consolatos in percepcione pene
ducalis pyanczdyeszyanth, quam mitamus a modo in hunc
modum, quod racione ipsius pene pyanczdyeszyanth ipse
dominus dux viginti grossos, iudex decem, subiudex vero quin-
que grossos monete in terra communiter decurrentis, et non
vltra percipere teneantur. Succamerarius autem, cancellarius
et worny et alij officiales de dicta pena pyanczdyeszyanth
a die hodierna inantea penitus percipere nichil debent.

(§ 12). Item super citatis et tractis in causam, videlicet domino duce
et ceteris nobilibus ad presenciam conseruatoris et eius subdele-
gati circa ecclesiam Culmensem, causas huiusmodi suspen-
sas esse volumus et suspendimus, quousque habito consilio
sapientum et prudentum, ac edocti in causis similibus de
obseruancia in terra Cracouiensi, in die predicto Assumpcio-
nis beate Marie vel iuxta articulum pronunciatum de termi-
no assignando conuenientes, pronunciacionem nostram faciemus.

(§ 13). Item vt idem dominus dux ecclesiam et dominum e-
piscopum vt patronus et defensor habeat recommissos, nec se
decetero intromittat contra ius et iusticiam de possessionibus et
decimis ecclesie, sed neque homines pauperes ecclesie grauari
permittat indebitis laboribus, angarijs, preangarijs et expen-
sis, nec idem dominus dux per se et suos fora hominibus ec-
clesie prohibeat neque eciam suis similiter fora et oppida eccle-
sie frequentare inhibeat, cum sit hoc contra canonicas sanc-
ciones et contra tales graues pene per canones sunt inflicte.

(§ 14). Item interdicimus et inhibemus eidem domino du-

./.

./.

ci; quod non descendat ad possessiones ecclesie staciones faciendo, quousque pronunciabitur super eis in termino Assumpcionis beate Marie supradicto, nisi forte fuerit inuitatus per dominum episcopum aut aliquem eius clericum supradictos.

(§ 15). Item idem dominus episcopus amodo non debet spoliare decima aliqua aliquem rectorem ecclesie cuiuscumque, nisi prius in iudicio iure conuictum; insuper quod ipse dominus episcopus iudicem debet deputare, parti non suspectum.

(§ 16). Item dominus episcopus et clerus ecclesie et diocesis Plocensis ducatus predicti domini ducis debent se conformare circa obseruanciam consuetudinis terre in eo, quod possit libere recedere homo de villa ecclesie ad villam ducalem et nobilium, emendatis ac reparatis sepibus et domo, locatoque loco sui alio homine eque bono aut soluta sexagena; et e contra licebit hominibus de villis dicti domini ducis et nobilium abire libere ad villas ecclesie modo pari.

(§ 17). Demum omnia et singula suprascripta dicte partes debent tenere firmiter et inuiolabiliter obseruare sub penis in compromisso per ipsas partes facto, positis, contentis et vallatis.

(§ 18). Vltimo nos superarbiter supradictus de consensu dictorum dominorum arbitrorum, arbitratorum et amicabilium compositorum nobis reseruamus omnem potestatem interpretandi et declarandi capitula supradicta, si partes vel earum altera super eis vel eorum aliquod dubitauerit in futurum.

Lecta et pronunciata fuerunt et sunt supradicta arbitria, pronunciaciones, ordinaciones et disposiciones suprascripte per nos Albertum episcopum superarbitrum de voluntate et consensu dictorum dominorum Daczbogij, Vlrici, Nicolai, Iohannis, Tunossij et Nicolai Scusza arbitrorum, arbitratorum et amicabilium compositorum, ipsis eciam presentibus et assidentibus in Czyrwensko, in monasterio sancte Marie Canonicorum regula.

./.

rium ordinis sancti Augustini dicte Plocensis diocesis, sub anno Natiuitatis domini millesimo quadringentesimo, indiccione octa-ua, mensis Octobris die quinta, hora sexta vel quasi, pontifica-tus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifa-cij diuina prouidencia pape noni anno vndecimo. Presentibus magnifico principe, domino Bolkone Iuueni duce Mazouie, ac honorabilibus et discretis viris dominis: Iohanne scolastico Vladi-slauiensis, Andrea Victoris de Svarzancz vicario Posnaniensis ecclesiarum, Petrassio de Wangrodno, nobili Nicolao Naczkonis de Dambe, publico notario, et Nicolao dicto Puzyk, clericis Gne-snensis et Posnaniensis diocesis, testibus ad premissa vocatis et rogatis. In quorum omnium testimonium et euidenciam ple-niorem, memoratus dominus Albertus episcopus Posnaniensis superarbiter et dicti domini arbitri, arbitratores et amicabiles compositores presentes literas seu presens publicum instrumen-tum, ipsorum pronunciacionem, laudum seu arbitrium in se con-tinentem, per me notarium infrascriptum scribi et publicari fe-cerunt sigillisque ipsorum communiri. Actum et datum anno, indiccione, mense, die, hora, pontificatu et loco, quibus supra.

S. N. Et ego Adam Nicolai de Banthulow, clericus Gnesnensis diocesis, publicus imperiali auctori-tate notarius etc.

Teka Naruszewicza 10 N. 7, z rękopisów Kapituły Katedralnej Płockiej.

1400. [31. XII.]

[A. U. P. z L, nr. 36.]

Se ia kniaz Aleksandr Patrykiewicz Starodubskyy znamenito czynim syn naszym listom, asze sľubuiu i sľubiľ iesmy i cyľowaľ iesmy krest, po smerti naszoho hospodara welikoho kniazia Witowta ne iskaty my in, nych hospodarew, mimo naszeho miľoho hospodara krola Wľadysľawa polskoho y Koruny Polskoy ne otlucsyty my sia iei nikotorym weremenem bez olsty i bez chytrosty. Na kryposť semu naszemu listu naszu peczaľ prywisili iesmo u wozera u Kruдy mezy Horodna i Merecz, po rozbwi Chrystowym u piatod u kanun swiatoy Obryzaniia Chrystowa po Naroszeniu Syna Bozicho tysiacz lit i czotyrysta lit.

Teka Naruszewicza 10 N. 14 z oryginału ruskiego pargaminowego, przechowanego niegdyś w Archiwum Koronnem, u którego na pasku pargaminowym wisiała pieczęć dwustronna, wyobrażająca po jednej stronie znak jakiś, po drugiej napis.



R.

Dr. Kr. M. I ?

[A.º 1401. w Radomiu — [11. III.]

Potwierdzenie różnych praw i przywilejów przez Stany Koronne, W. X. Litewskiemu Witołdowi i Stanom Ziem Litewskich —

In nomine Domini amen. Quia tunc multis errorum et dubiorum incomo
dis prudenter occurimus dum gesta etatis nostre literarum apicibus et
testium annotacione perhennamus. Proinde nos Prelati Barones Nobiles
et universitas Terrigenarum Regni Polonie, videlicet Dobrogostius Dei gracia
Sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopus Petrus Cracoviensis Nicolaus Wladi
slaviensis et Albertus Poznaniensis Episcopi Johannes de Thanczin Castellanus
Cracoviensis Zaklica Cancellarius Clemens Wicecancellarius Aule Regalis Nicolaus
Woynicziensis Cristinus Sandecensis Castellani Michael Judex et Gnewossius Subca
merarius Cracovienses Johannes de Tharnow Palatinus Cristinus de Ostrow Castella
nus Sandomirienses Petrus Rpischta Wisliciensis Petrus Kmithe Lublinensis.
Clemens Radomiensis Jmramus Zawichwostensis Castellani Albertus Judex et
Spythco Subcamerarius Sandomirienses Sandziwogius Swidwa Palatinus Moscziczi
Castellanus Poznanienses Johannes Srzemensis Woythco Camenensis Castellani
Sandziwogius Palatinus Swenthoslaus Castellanus Mathias Judex Kalisienses
Johannes Gneznensis Wincencius de Granow Naklensis Castellani Jacobus
Conieczpolsky Syradiensis Palatinus Martinus Castellanus Wenceslaus Judex
et Przeczslaus Subcamerarius Syradienses Thomco Subpincerna Maioris Polonie
Capitaneus Petrus Schafranyecz Subdapifer Cracovienses et Sbigneus Marschalcus
Curie Regalis Kreslaus Brestensis et Mathias Wladislaviensis Palatini Woythco
Brestensis Johannes Kruschviciensis et Martinus Wladislaviensis Castellani Mar
tinus Brestensis et Jaroslaus Wladislaviensis Judices Johannes Palatinus Johan
nes Castellanus Stanislaus Pincerna Mstischco Venator Nicolaus Jastrabecz Sub
dapifer et Petrus Judex Lancicienses Mathias dictus Mazuda Wladislaviensis
Palatinus Bernhardus Judex Welunensis cum Benassio fratre suo germano Benco
Capitaneo Haliciensi Johannes Mazovita ceterique Terrigene Terrarum Russie
significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quomodo eo tempore
quo Serenissimum Principem Dominum Wladislaum Regem Polonie Supremum
Principem Lithuanie et heredem Russie etc. dominum nostrum graciosissimum
de gentilitatis tenebris educentes in Regem Polonie et Dominum nostrum
assumpsimus Principesque Barones Nobiles et quosvis Jncolas Terrarum
ipsius Lithuanie per assumpcionem sacre fidei ortodoxe nobis adunavimus
cum quibus per fidem facti unanimes ipsis firma fide et inviolabili sponsio
ne promisimus et tenore presentium promittimus toto posse et viribus contra
insultus quorumlibet hominum assistere et eos in eorum necessitatibus

sine dolo et fraudo (sic) adiuvare eorumque profectus commoda utilitates et bonum commune velud proprium salubri et fideli dispositione ordinare. quod et ipsi nobis. pari modo tenebuntur facere vice versa. Demum quia predictus Dominus Wladislaus Rex Polonie et dominus noster graciosissimus ex speciali confidencia Magnifico et Preclaro Principi domino Allexandro alias Wythowd Duci Lithuanie etc. Supremum Principatum Terrarum earundem Lithuanie et ceterorum Dominiorum suorum Ducatus dedit et contulit et eum loco sui in eisdem statuit ad vite ipsius terminum ultimum et extremum. Eundem dominum Allexandrum alias Wythowd constanciori fiducia prosequi volentes et prout ipsum iustum est reddere cerciorem firma sponsione et inviolabili promisso sibi tenore presentium promittimus quod cum dominus noster Rex predictus circa Principatum Supremum Terrarum Lithuanie et ceterorum Dominiorum suorum Ducatus ad vite ipsius Ducis Wythowd tempora conservabit iuxta tenorem literarum per dominum Regem ipsi Duci Wythowdo concessarum. Ita tamen quod post decessum eiusdem Ducis Wythowdi Supremus Principatus Terrarum Lithuanie et ceterorum Dominiorum suorum Ducatus una cum bonis et Terris eiusdem Ducis Wythowdi personalibus iuxta tenorem literarum per predictum dominum Wythowdum ipsi domino Regi collatarum ad ipsum dominum Regem et ad eius successores ac Coronam Regni Polonie debent reverti devolvi et reddire. Illo eciam non obmisso quod si dominus noster Wladislaus Rex predictus quod Deus avertat sine prole decesserit extunc sine scitu et consilio ipsius Ducis Wythowdi et Baronum Nobiliumque et Terrigenarum Terrarum Lithuanie predictarum Regem et Dominum nobis eligere non debemus aut vocare (a) cum quibus firmam et constantem tenentes fiduciam in dulcedine fidei et visceribus Jesu Christi perpetuam et irrevocabilem cum ipsis servabimus unionem. Harum quibus sigilla nostra sunt appensa testimonio literarum. Actum et datum in Radomy in Vigilia Sancti Gregorii anno domini millesimo quadringentesimo primo. Hec autem tenere et servare promittimus Juribus libertatibus et privilegiis nostris in omnibus semper salvis.

Kopia ta zrobiona jest z oryginału znajdującego w Archiwum N... na pergaminie z 23. wiszącemi herbownemi pieczęciami (Tu należy te herby wyliczyć, a podług wszystkich szmerków wskazać wiele ich brakuje).

(a) może być i locare:

1401. [18. IV.]

[Kod. Pol. t. 2, nr. 556.]

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia hinc multorum errorum et dubiorum incommodis prudenter occurrimus, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotacione perhennamus, proinde nos Wladislaus Dei gracia rex Polonie, Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus, quibus expedit, vniuersis, quomodo circumspectus vir Petrus de Dobre, ad nostre celsitudinis veniens presenciam, nobis quandam (literam) validi Zachice, aule nostre cancellarij, capitanei Cuiauie, super empcione scoltecie in Beganow, omni prorsus suspicionis vicio carentem exhibuit, supplicans et affectu, vt sibi eandem literam de innate nobis celsitudinis clemencia ratificare, gratificare, innouare et approbare dignaremur. Cuius quidem litere de verbo ad verbum tenor sequitur in hec verba:

„In nomine Domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi scripture presidio et testium amminiculo fuerint insignita. Proinde nos Zaklica cancellarius regni Polonie, necnon capitaneus terre Cuiauie generalis, notum facimus, quibus expedit, vniuersis, quod ad nostram ceterorumque nobilium presenciam accedens Adam scoltetus de Beganowo, non coactus, nec circumuentus, sed salubri consilio suorum amicorum prehabito, scolteciam suam ibidem in Beganowo, quam ex paterna successione legittime concernentem pertinentemque ad eundem, septimum mansum liberum in tota hereditate ibidem, quotquot sunt aut esse in futurum poterint iure et mensura Magdebur-

gensi, mansos Flaminenses mensurando, cum omni iure et dominio, prout eandem scolteciam idem Adam tenuit et habuit, nichil iuris et dominij pro se et suis liberis excipiendo; circumspecto Petro de Dobre et suis successoribus legittimis octuaginta marcis grossorum Pragensium, numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos pro qualibet marca computando, vendidit, dedit et coram nobis resignauit, contulit et donauit, perpetuis (temporibus) duraturis, habendam, tenendam, vendendam, permutandam, prout sibi et suis liberis melius videbitur expedire. Item de singulis mansis incolarum ibidem in Beganowo possessis, preter quinque mansos curie regalis et duos sue scolthecie predicte mensurandos seu iam mensuratos, ad festum sancti Martini confessoris per personam pro censu tenetur fideliter recolligere annuatim et pro domino nostro rege in curia regali in Radzeovo representare. Ceterum predicto Petro et suis successoribus thabernam liberam et molendinum inibidem liceat construere; de iudicijs vero et culpis emergentibus tercium denarium tollat, et duos pro domino rege assignabit; denarius quoque, qui de iuramentis cottidie venire poterit, suus erit. Preter hoc dum iudicio celebrando ter in anno presidebit, burgrabius noster, qui pro tempore fuerit in Radzeow, denarium iuramentorum tollet, preter suum tercium. Ipseque scolthetus omnes causas tam capitales, quam mutilaciones membrorum sua cum potestate presente burgrabio aut suo nuncio iudicabit; si vero scabini sentenciam ibidem in suo iudicio per se non possent inuenire, tunc in Radzeow eandem investigare tenebuntur. Item ad dicta tria iudicia (magna) in an-

no burgrabium in et quantum recipiat, quem tunc expensis procurabit. Item predicte ville Beganow cmethones et incole ad reparacionem castri et curie (in Radzeow) sint astricti, sicut ceteri cmethones in villis regalibus, ad territorium Radzeouiense pertinentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Radzeow, feria tercia post dominicam Iudica me, anno Domini millesimo quadringentesimo primo. Presentibus nobilibus (et) circumspectis dominis: Paulo et Mathia fratribus uterinis de Klonow, Przibcone de Krziwosandza, Marlino ecclesie rectore, Nicolao Rachembarg, Nicolao Szak ciuibus de Radzeow, et alijs quam multis fidedignis testibus."

Nos autem eiusdem Petri de Dobre iustis peticionibus acclinati, literam ipsius eandem in omnibus suis punctis, condicionibus, articulis, sentencijs et clausulis ratificamus, gratificamus, innouamus, approbamus et tenore presencium confirmamus, decernentes ipsam in eisdem suis punctis, condicionibus, articulis, sentencijs et clausulis robur perpetue firmitatis obtinere. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum in Radzeow feria secunda proxima post dominicam Misericordia Domini, anno eiusdem Domini millesimo quadringentesimo primo. Presentibus hijs strenuis nobilibusque viris: Iohanne Liganza Lanciciensi, Creslao Cuiauiensi palatinis, Cristino Sandomirensi, Petro Kmithe Lublinensi, Cristino Sandecensi castellanis et Marlino iudice Brestensi, multisque alijs nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus reuerendi in Christo patris domini Nicolai de Curow episcopi Vla-

/ dislauiensis.

Teka Naruszewicza 10 N. 23, z oryginału pargamino-wego anichilowanego, przechowanego niegdy w Archiwum koronnem, u którego wisiała pieczęć na sznurku jedwabnym.

1401. [9.VI.]

[Kat. Arch. Akt Dawn., T. 1, nr. 867. Reg.]

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Ad rei memoriam sempiternam. Nos Iohannes Dei gracia Masouie et Russie dux, dominus et heres Czirnensis, noticie vniuersorum presencium et futurorum exponimus, quorum audi-tui presentes nostre litere fuerint patefacte, quod consideratis et inspectis seruicijs fidelibus, que nobis nobilis Preythor heres de Brzeszcze vndique fideliter exhibuit et impendit, et adhuc cum suis posteris propria ipsius persona et suorum puerorum residenciam personalem in dominio nostro faciendo et in ipso dominio continuando, nobis et posteritati nostre exhibere et impendere obligatur, ipsiusque dictis seruicijs satisfacere cupientes, villam nostri veri ducatus et dominij Korczewo wlgariter dictam, in districtu Drogiczinensi sitam, in qua hereditate et villa continebuntur triginta mansi mensure Chulmensis, dedimus, damus, asseribimus, appropriamus et in verum titulum hereditarium de nostra speciali gracia conferimus, cum omnibus vtilitatibus, fructibus, prouentibus, questibus, obuencionibus et redditibus generaliter vniuersis, quibuscumque nominibus nuncupentur, qui vel que ad presens in eadem hereditate sunt aut per humanam industriam reperiri valeant quomodolibet in futuro, eciam cum vtraque rippa fluminis seu riuuli dicti Kamanka, inter quas piscinam cum molendino facere, construere et eleuare valebit, emolimenta omnia et singula de eodem molendino temporibus perpetuis percepturus. Hoc itaque expresso, quod vtras-

que rippas habebit pro necessitate piscine et molendini predicto-
rum. Preterea damus eidem, quod omnes et singuli incole predicte
ville iudicabuntur iure, modo et consuetudine Ruthenico tociens,
quociens de ipsis questio iudicialis proponetur; in cuius recompen-
sam incole predicte ville de quolibet laneo seu manso singulis an-
nis perpetuisque temporibus in die beati Martini confessoris
et episcopi venerandi nobis et nostre posteritati per octo grossos
Pragenses soluere tenebuntur. In cuius recompensam predictos in-
colas absoluimus ab omnibus castrorum nostrorum laboribus: eo
duntaxat excepto, quod cum aliquod castrum nouum inibi fun-
dare uel erigere voluerimus, tunc predicti incole cum alijs terri-
genis ad predictos labores transire tenebuntur tociens, quociens fu-
erit opportunum. Eo eciam excepto, quod cum nupcias nostras aut
puerorum nostrorum vtriusque sexus diuina disposicione cele-
brare, aut terram nostram redimere vel aliam emere, vel quod
absit, nos vel quempiam ex filijs nostris captiuitatem incurrere
contigerit, tunc volumus, quod incole seu inhabitatores predic-
te ville tantam et talem nobis persoluantur exaccionem, quan-
tam et qualem super alias villas in predicto territorio Drogi-
czinensi generaliter duxerimus imponendam. Verum quia lice-
bit predicto nostro fideli et ipsius legittimis successoribus
prenominatam villam Korczewo cum suis iuribus et pertinen-
cijs temporibus perpetuis tenere, habere, vendere, commutare,
donare, alienare et in vsus beneplacitos conuertere, sicuti
sibi, vt prefertur, cum suis pueris melius et vtilius videbitur
expedire, nostra siquidem voluntate et nostrorum successo-
rum ad id specialiter requisita. Item volumus, quod idem
Preythor racione donacionis premisse ad expedicionem in
equo valoris duodecim sexagenarum grossorum, cum appa-
ratibus hastam concernentibus, quocienscumque necessa-

rium fuerit, seruire et cetera obsequia, statui suo conuenientia facere et exhibere nobis et nostre posteritati teneatur. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium, nostrum maius sigillum presentibus est appensum. Datum et actum in Grodecz, in octaua Corporis Christi, anno Domini millesimo quadringentesimo primo. Presentibus viris nobilibus: Nicolao dicto Sowa de Chissewo, Niborio de Pilchowo marschalcone, Petro tribuno Liuensi et Nicolao dicto Iwansz de Balmino heredibus et alijs quampluribus testibus ad premissa.

Teka Naruszewicza 10 N. 24, z oryginału pargaminowego, przechowanego niegdyś w Archiwum Koronnem, u którego wisiała pieczęć na sznurku z zielonego jedwabiu.

Ulricus her. de Dresno 1402 Mai. 25, in Raczanczi

700

[Dogiel, T. 1, s. 595.]

Homagium Ulrici haeredis de Dresno (Driessen) Vladislao Regi, et Regno Poloniae praestitum. Anno 1402. – Ex Originali. –

Nos Ulricus Haeres de Dresno ad universorum notitiam per haec scripta deducimus: quod matura deliberatione, non aliquo errore seducti, sed ex certa scientia voluntateque ultronea, de consilio Genitricis nostrae carissimae, Serenissimum Principem Dominum Vladislaum Regem Poloniae, Dominum nostrum gratiosissimum in Dominum nostrum recepimus sibique & eius Coronae ac Regno Poloniae cum Castro nostro Dresno perpetuo & homagialiter una cum Successoribus nostris, tamquam vero Domino nostro, & haeredi adhaerere & subici, ac verus subditus & Regnicola, ipsius esse promittimus, & eius Dominationi subiicimur, ut praemittitur homagialiter tenore praesentium mediante. Cui quidem Domino Vladislao, & eius Regno homagium & subiectionis ac obedientiae debitum,

super

Dogiel T. 2.

super fidelitate tenenda praestitimus, per Nos & Successores nostros inviolabiliter & perpetue tenendum, more solito & consueto. Ita quod praeter ipsum Dominum Vladislaum, & eius Successores, ac Coronam Regni Poloniae, nullum Dominum, aut haeredem, & protectorem debemus quaeritare, sed ipsis tanquam verus subditus & homagilialis fideliter adhaerere, & eos ab omnibus insultibus quorumlibet inimicorum praemunire. Eo etiam non obmisso, quod de Castro nostro praedicto Drezno toto nostro posse de commodis ipsius Domini Regis, & terrarum eius curabimus providere, & ipsum ac terras ipsius ac omnibus incommodis, dispendiis, atque damnis toto posse nostro, ut praemittitur, praemunire, et specialiter addito & expresso, quod si nos mori sine prole contigerit, extunc praedictum Castrum nostrum Drezno, ad ipsum Dominum Regem Poloniae, & Coronam ipsius devolvetur: ./.

Similiter

2 101

~~volvetur.~~ similiter si proles nostrae, si quas Nos habere contingat, sine liberis, & succedaneis morientur, Castrum praedictum ad ipsum Dominum Regem, & Coronam ipsius perpetue pertinebit, quod ad manus Domini Regis nobis decedentibus, ut praemittitur, tenebitur, & regetur; cui quidem Domino Regi Burgrabius noster praesens, una cum consorte & Comite nostris, cum eodem Castro nostro ad manus Sandzivogii de Ostrorog promissionem facient; similiter & caeteri Burgrabii in ipso Castro eligendi & statuendi pro parte Domini Regis, ipsi Domino Sandzivogio promissiones super obedientia & fidelitate tenenda cum ipso Castro facient fideliter, & praestabunt, promittentes insuper, quod pro necessitate ipsius Domini Vladislai Regis, & Coronae Regni Poloniae praedictum Castrum nostrum Drezno, ad repellendas quorumlibet inimicorum ipsorum insidias volumus concedere, & ipsum sibi tanquam proprium eius, quotiescunque opus fuerit, ape-

rire.

vire. Horum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Raczansz, feria quinta ipso die corporis Christi, Anno Domini millesimo quadringentesimo secundo, praesentibus his Venerabilibus in Christo Patribus Dominis, Domino Nicolao de Curow Archiepiscopo Gneznensi, Domino Joanne Vladislaviensi, Alberto Poznaniensi & Domino Jacobo Plocensi, Episcopis, Magnificisque Viris Dominis Sandzivogio Swidwa Poznaniensi, & Sandzivogio de Scbulino Kallizniensi, Palatinis, multisque aliis nostris fidis, & amicis.

b!

1402

[Rykaczewski, s. 343 - Reg.]

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Industria memorialis hominum non est tante virtutis, quod vendiciones, resignaciones et alios quoscumque contractus, ante conspectum principum ratificatos, possit perpetue memorie commendare. Ne igitur talia ex obliuione in defectum subcumbant, sagax humane nature discrecio ob virtutis recordatiue suffragium literarum munimina non immerito adinuenit. Eapropter nos Iohannes dei gracia dux Mazouie necnon Russie dominus et heres Cziruensis, noticie vniuersorum presencium et futurorum declaramus in hijs scriptis, expresse profitentes, quod coram nobis et nostris baronibus se personaliter offerentes, nostri fideles Dobeslaus et Baldcia heredes de Lassy, sani mente et corpore et ipsorum spontanea voluntate, sculteciam in Rozenicza nostra villa, quam possederunt cum suis pertinencijs in alia litera nostra ipsis super eandem sculteciam data, cum omnibus iuribus, fructibus, prouentibus et obuencionibus, quibuscumque nominibus nuncupentur, pro dimidia decima octaua sexagena grossorum Pragensium nostro fideli Meczslao heredi de Michalowice et ipsius posteritati legittime vendiderunt irreuocabiliter resignando. Quamquidem sculteciam cum omnibus suis iuribus et pertinencijs predictus Meczslaus cum suis liberis seu successoribus legittimis temporibus perpetuis tenebit, habebit, possidebit, reget, gubernabit necnon vendet, commutabit, donabit, alienabit et ad vsus ipsius beneplacitos conuertet, quemadmodum sibi cum ipsius posteris melius et vtilius videbitur expedire, nostra siquidem voluntate et nostrorum successorum requisita prius ad pre-

missa. Preterea de nostra ducali consueta pietate cupientes ipsum Meczslaum specialiter consolari, damus et per tenorem presencium sibi graciose conferimus in riwlo per ipsam villam defluenti, piscinam facere et pro vtilitate ipsius propria eandem cum singulis vsibus in evum possidere. Et vt resignacio simulque et premissa donacio possint perpetue firmitatis robur obtinere, hanc nostram literam scribi et maioris sigilli nostri munime fecimus roborari. Actum et datum in Rawbo (?) feria tercia infra octavas Andree apostoli gloriosi sub anno Domini millesimo quadringentesimo secundo. Presentibus viris strenuis et validis: Petro Piliconis palatino nostro, Nadborio vexillifero Czechonoviensi, Sassino de Lazanki subpincerna Varschoviensi, Tascone dicto Fortuna de Sczitno, Ziborio de Pilchowo marsalcone curie nostre, fidelibus nostris et alijs quamplurimis fidedignis testibus ad premissa. Scriptum per manus Pauli S. de Borzewo, Plocensis et Varsoviensis canonici, qui presencia habuit in commissis.

Teka Naruszewicza 10 N. 40, z oryginału pargaminowego, przechowanego niegdy w Archiwum Koronnem, u którego na sznurku z fioletowego jedwabiu wisiała pieczęć złomana, wyobrażająca postać Księcia.

1403. [11. X.]

[Mat. arch. nr. 19.]

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quo-
niam omnia facta terrestria a humana cito labuntur memoria, un-
de dignum est literarum et scripturarum munimento et testium an-
notacione (perhennare), ut ad eum deducantur. Proinde nos Wla-
dislaus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie,
Siradie, Lancicie, Cuiauie, Lithuanie princeps supremus, Pomeranie,
Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium uni-
uersis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quo-
modo nobilis Hywanko Kaplicz de Nahorcze heres, una cum
fratribus suis, videlicet Mikitha et cum Hryczko, terrigena
noster fidelis dilectus, iura ducis Leonis felicis memorie pre-
decessoris nostri coram nobis demonstrauit et produxit. Nos vero
accipientes vidimus contineri ipsius iura iusta et racioni con-
sona super dicta bona hereditaria, videlicet prefatam villam
Nahorcze, quam ipse Hywanko Kaplicz tenet et possidet ex
vera paterna successione. Tam itaque ad instanciantes pe-
ticiones suas et humillimas benigniter acclinati et digna seru-
ciorum suorum merita, quibus maiestati nostre multipliciter
complacuit et complacere poterit in futurum, horum intuitu
cupientes eundem Hywankonem suosque legittimos successores
specialibus gracie nostre prosequi fauoribus et ad seruicia nostra
reddere prompciorem, villam prescriptam Nahorcze, in districtu
Zudaczouiensi sitam, cum omnibus dicte ville iuribus et
proprietatibus, utilitatibus, fructibus, frugibus, censibus, red-
ditibus, prouentibus, agris, campis, pratis, nemoribus, querce-
tis, rubetis, virgultis, mericis, mellificijs, piscinis, molendi-
nis, lacubus, paludibus, stagnis, fluuijs, aquis et earum de-

iuribus, riuis, venacionibus, aucupacionibus, siluis, pascuis i-
bidem liberis, et cum omnibus alijs et singulis prouentibus, ad
ipsam villam Nahorcze spectantibus, iam inuentis et deinum
inueniendis, nichil iuris siue dominij excipientes, nisi prout
prefata villa Nahorcze in suis metis et granicicbus ita late
et ita longe ab alijs hereditatibus ab antiquo est limitata et
circumferencialiter distincta, predicto Hywanko et suis heredi-
bus et successoribus legittimis damus, donamus, assignamus,
confirmamus donacione perpetua et irreuocabili confirman-
tes, ratificantes et roborantes, (per) supradictum Hywanko-
nem et suos veros heredes et successores legittimos tenendam,
possidendam, vendendam, commutandam, obligandam,
donandam, alienandam perpetue, quiete et pacifice haben-
dam et in vsus suos suorumque heredum et legittimorum
successorum beneplacitos conuertendam. Hoc adiecto, quod a
qualibet curia possessa nobis aut nostris successoribus duos
grossos latos singulis annis in festo sancti Martini soluere
pro censu nostre camere sunt astricti. Ita tamen, quod idem
Hywanko et sui successores legittimi ad expedicionem nostram
regiam nostrorumque successorum regum Polonie, pro tempore,
quociens opportunum fuerit, cum vna balista in equo bene
valenti seruire fideliter sit astrictus. Harum nostrarum,
quas appensione sigilli nostri fecimus muniri testimonio li-
terarum. Actum et datum in Medica feria secunda in die
Translacionis sancti Augustini, anno domini millesimo qua-
dringentesimo tercio. Presentibus strenuis et nobilibus domi-
nis: strenuo Kmitha, domino Petro Lubelsky, strenuo Grewos-
sio capitaneo Trebowliensi, nobili Boschkone de Bolestra-
szycze iudice Premisliensi, strenuo Klusz videlicet Iohanne
Lyszcowsky, Iohanne dicto Premus, nobili Przeczslao

de Boianycze, Petro advocato Jaroslaviensi, Petro Dida-
ticzky, multisque alijs fidedignis. — Datum per manus
venerabilis domini Nicolai, aule regie vicecancellarij, no-
bis sincere dilecti etc.

Teka Naruszewicza 10 N. 54, z oryginału pargamino-
wego, przechowanego niegdy w Archiwum Koronnem, u któ-
rego brak już było pieczęci.

1404. [29. VIII.] 105

[Kod. Pol. t. 1, nr. 154.]

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lythwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus harum serie, quibus expedit, vniversis, quomodo cupientes ciuitatis nostre Radzicziouiensis condicionem meliorem facere et vsus ac vtilitates ipsius adaugere, consulibus eius et nulli alteri de innata celsitudinis nostre clemencia hanc facultatem concessimus et concedimus tenore presencium, quod in ciuitate nostra Radzicziouiensi sal minutum ad nostre voluntatis beneplacitum vendere possunt, quantitatem in exquirendo lucro de sale huiusmodi nullomodo excedentes. Quodquidem lucrum vendicionis salis minuti huiusmodi ipsi consules Radzicziouienses, qui pro tempore fuerint, pro melioracione ciuitatis Radzicziouiensis dare et imponere tenebuntur. Quocirca vobis capitaneis Cuiauiensibus ac burgrabijs et tenutarijs Radzicziouiensibus, qui pro tempore fueritis, damus nostris scriptis regalibus in commissis, omnino habere volentes, quatenus prenominatos consules Radzicziouienses, qui pro tempore, vt premittitur fuerint, in vendicione minuti salis prescripti impetere nullatenus debeatis, ad voluntatis nostre beneplacitum, vt prefertur; aliud pro gracia nostra facere non ausuri. Datum in Nouaciuitate Korczin ipso die Decolacionis beati Iohannis, anno Domini millesimo quadringentesimo quarto, nostro sigillo presentibus subappenso.

Teka Naruszewicza 10 N. 72 z oryginału pargaminowego anichilowanego, przechowanego niegdy w Archiwum Koronnem, u którego pieczęci już brakowało.

[Mat. arch. nr. 24. Reg.]

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gracia rex Polonie, Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, presencium noticiam habituris, quomodo mente sollicita perpendentes grate fidelitatis studiosa obsequia, quibus Materna civis Grodecensis noster, nobis placere meruit, et in futurum melius poterit complacere, horum intuitu volentes ipsum specialium graciarum prerogativa letari et perfrui ampliori, de sue tamen prudencie solercia plurimum presumentes (s) ad hoc moventibus. Preserlim cupientes ville nostre Maternya wolya, que alias Malcowice et Czyrlena vocabatur, ex utraque parte fluvij Brzezicza [situate, condicionem] (x) fieri meliorem, ut tanto celerius hominum convocacione collocari valeat et in multitudine populi felicia recipere incrementa, memorato Materne [sculteciam in Maternya] (x) wolia de innate nobis celsitudinis clemencia damus, conferimus liberaliter et donamus donacione perpetua et in evum. Ita tamen, quod in eadem villa (s) et duodecim ova de quolibet laneo possesso elapsa sex annorum in agris et campis paratis et in mericis duodecim, quam ratione census due mensure avene (s) continue computando, libertate exolvantur. Racione cuius scultecie sibi quatuor laneos liberos, thabernam, molendinum possessoribus eorundem laneorum, (bancas panum) et sutorum ac eciam ortos libere adiungimus. Duos autem laneos

similiter liberos, vnum pro ecclesia et alium pro gregibus pellendis appropriamus; sibi eciam sextum [denarium de censu] et tercium de qualibet re iudicata addimus statu„ entes, quod columbacio seu quevis alia dacio pro rectore ecclesie ibidem (in) Chaterna wolia iuxta consuetudi„ nem antiquam (s) solitam per incolas pre„ dicte sultecie soluantur quolibet anno cum effectu. Quam quidem sulteciam idem Chaterna eiusque liberi ac successo„ res legittimi habebunt, tenebunt, vtifruentur et de nostro consensu vendent, commutabunt et ad vsus beneplacitos conuertent ac pacifice temporibus perpetuis possidebunt. De quaquidem sultecia cum vna (s) nobis et nostris successoribus ad singulas expediciones ser„ uire sint astricti. Et vt eadem villa Chaternina wola eo commodo suis (s) collocari valeat, ipsam de iure Polonico et Ruthenico in ius Theuthonicum, quod Srzedense dici„ tur, transferimus perpetuo duraturum: remouentes ibidem omnia iura Polonicalia et Ruthenicalia, modos et consue„ tudines vniversas, que ipsum ius Theutunicum plerumque consueuerunt perturbare. Eximimus insuper, absoluimus et perpetuo liberamus kmethones et quosuis predicte ville Cha„ ternina wolia incolas ab omni iurisdiccione et potestate omnium regni nostri et terrarum Russie palatinorum, cas„ tellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum, woie„ wodarum et quorumuis officialium et ministerialium, vt coram ipsis vel ipsorum aliquo pro causis tam magnis, quam paruis, puta furti, sanguinis, homicidij, incendij, membrorum mutilacionibus et quibusuis alijs enormibus excessibus citati minime respondebunt, nec aliquas penas soluere tenebuntur, sed tantum kmethones et incole eius„

/ dem ville coram suo sculteto, qui pro tempore fuerit, scultetus vero coram nobis aut nostro generali colloquio, dum per literam nostram, nostro sigillo sigillatam, fuerit evocatus et citatus, tunc non aliter, quam suo iure Theutonico de se querulantibus tenebitur respondere. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis sculteto eiusdem ville, qui pro tempore fuerit, in metis et granicijs ipsius sentenciandi, corrigendi, plectendi, puniendi et condempnandi plenam damus et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem, prout hoc ipsum ius Theutonicum in omnibus suis punctis, articulis, sentencijs, condicionibus et clausulis postulat et requirit, iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Hoc incluso specialiter et expresso, (quod) Chaterna eiusque successores legittimi eandem sculteciam cum omnibus et singulis ipsius iuribus, proprietatibus, utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, redditibus, coherencijs, pertinencijs et appendijs, ad eam quomodolibet ex sui iurisdiccione spectantibus, debet possidere pacifice, perpetuo et in evum. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Datum

(1) feria quarta proxima ante festum sancti Andree apostoli, anno Domini millesimo quadringentesimo octavo. Presentibus: reverendo in Christo patre, domino Alberto episcopo Posnaniensi, necnon validis strenuisque viris: Thomcone de Wangleschyn Sandomiriensi, Iohanne de Szczekociny Zawichostensi castellanis, Zegotha de Sambe vexillifero Cracoviensi, Bolesta Cracoviensi et Petro de Falcow Sandomiriensi venatoribus, multisque alijs nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus honorabilis Nicolai prepositi sancti Floriani, regni Polo-

nie vicecancellarij, nobis sincere dilecti. Hoc eciam interiecto, quod Schismatici in predicta villa habitantes, iure Theutonico uti non debebunt. — Ad relacionem eiusdem Nicolai prepositi sancti Floriani, regni Polonie vicecancellarij.

Teka Naruszewicza 10 N. 115, z oryginału pargaminowego, od pożaru uszkodzonego, przechowanego niegdy w Archiwum koronnem, u którego wisiała na sznurku jedwabnym pieczęć jedna.

1409 [16.XII.]

[A.G.i Z., T. 9., nr. 16.]

In nomine domini amen. Quoniam ab humanis illa labuntur memoriys, que nec voce nec aspectu testium testimonio, que fidedignorum cognoscuntur, Proinde Ego Nicolaus Frewtel hereditarius Ciuitatis Sandeczensis aduocatus harum serie litterarum Significo quibus expedit vniuersis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, Quod cum consensu et voluntate omnimoda Katherine Conthoralis mee predicte, Kachne et Nicolai puerorum meorum intime dilectorum, Scolteciam in villa mea ffalkow nuncupata in districtu Sandeczensi sitam, discreto viro domino Iohanni Kwdist dicto Sandeczensi woladario pro viginti sex marcis latorum grossorum numeri polonicalis quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, vendidi rite racionabiliter et exposui perpetue et in evum cum omnibus et singulis vtilitatibus, Censibus, fructibus, redditibus, prouentibus, agris, pratis, campis, pascuis, Siluis, Nemoribus, rubetis, quercetis, Gays, mericis, virgultis, Mellificiys, aquis et earum decursibus ac quibuscumque aliys pertinenciys, emergenciys, dependenciys, obuencionibus, appendiys et connexis vniuersis ad eandem Scolteciam quomodolibet spectantibus, prout in suis Metis et graniciys circumquaque longe lateque est distincta ab antiquo et limitata, cui superaddo piscinam circa quam struere et statuere poterit Molendinum. Si autem statuere non poterit eundem Molendinum predictam suam circa piscinam, extunc eundem statuere et struere sibi licitum erit meam circa piscinam, aut vbi competencius poterit eadem in hereditate. In quoquidem Molendino omnes mei et posteritatis mee kmethones de Tamnycza et Camyonka molere debebunt. Ad quam quidem Scolteciam duos Mansos, Tabernam, Molendinum liberum, Sextum denarium de Censu et terciun de qualibet re Iudicata, Sartorem, Sutorem, fabrum, pistorem et Carnificem et omnes alias vtilitates, quas domini Regis et meo sine dispendio facere poterit, sibi adiungo presencium per tenorem. Ita quod memoratus woladarius suis cum heredibus et legittimis successoribus prefatam ffalkow Scolteciam Iure theutunicali Magidburiensi tenebitur vtifrui, possidere, regere, gubernare omnino et collocare. Et quoniam quilibet kmetho inhabitare volens de quolibet Manso racione census singulis annis circa festum sancti Martini octo scotos more antiquo soluere tenebitur et debebit, racione vero

decime Episcopalis prefactus Scoltetus de quolibet proprio manso octo grossos singulis dabit annis, prout Scolteti cete-rarum villarum circumiacencium aduociam Sandecensem concernencium dare sunt soliti et consueti. Quamquidem Scolteciam idem wladarius, sui liberi et successores legitimi cum omnibus eius vtilitatibus, Censibus, prouentibus, cohe-rencijs et appendijs vt est premissum, vniuersis habebunt, te-nebunt, vtifruentur et pacifice eternis temporibus posside-bunt, necnon vendent, commutabunt, obligabunt et aliena-bunt ad placitum, vbi et cui placuerint de meo tamen con-sensu et voluntate speciali. ~~Quamquis~~ Quiquidem Scoltetus racione expedicionis et omnium et singulorum munerum et dacionum non plus nisi mediam ~~a~~ marcam annuatim dare sit astrictus michi aut meis successoribus quauis con-tradiccione proculmota nec aliqua media marca solum-modo data cuiquam aliqua facere tenebitur et debebit, Sed kmethones eiusdem ville in tribus Burgrauij Iudicijs ter in anno faciant prandia super me more et consuetudine a-liarum villarum in vicinatu adiacencium, cui videlicet Iudicio meo semper presidebo aut aliquis a me specialiter substitutus. Et vt eadem villa eo melius valeat collocari, kmethones et quosuis predicte ville Incolas ab omni Iuris-diccione et potestate Iudicum et subiudicum et quorumuis officialium Priuilegio Regali eximo presencium cum teno-re, vt coram ipsis et eorum aliquo pro causis tam ma-gnis quam paruis, puta furti, sangwinis effusione, ho-micidij, Incendij, membrorum mutillacionibus et quibus-uis alijs enormibus excessibus citati minime respondebunt nec aliquas penas soluere tenebuntur, Sed tantum kmethones et Incole suo coram Scolteto, qui pro tempore fuerit, Scol-tetus vero coram me in Iudicio prouinciali Scolteterum, tunc non aliter nisi suo Iure Magidburiensi predicto de se queru-lantibus tenebitur respondere. In causis vero tam criminali-bus quam capitalibus superius expressatis Scolteto predicto domino Iohanni de magna Lirza heredi wladario ante-fato ibidem in metis granicijsque Iudicandi, Sentencian-di, corrigendi, plectendi et condempnandi plenam me-am do et omnimodam concedo facultatem, prout hoc ipsum Ius Theutunicum Maydburiense predictum in omnibus punctis Sentencijs, articulis, condicionibus et clausulis postulat et requirit. Harum quibus Sigillum meum presentibus est sub-appensum testimonio literarum. Datum in Noua Sandecz fe-ria secunda post festum lucie proxima, anno domini M° quadringentesimo nono, hijs presentibus prouidis et Circum-spectis viris: Thoma ffornayl Consule, domino Stanislao Gamrath dicto de Dtzienycza heredi Capitaneoque, domi-

Voyschach de Lukowicza heredi, Georgio Schram, Stanislao notario, Johanne Schonschorek, Jacobo fustore. Conciuibus Sandeczensibus, pluribusque fidedignis testibus ad premissa vocatis.

1411. die 2. mensis Decembris, in Opatów.

[Kod. Pol. t. 1., nr. 354.]

Wladislaus Dei gracia rex Polonie, Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis, quod sollicite mentis intuitu perpendentes grate fidelitatis studiosa obsequia et multiplicium meritorum constanciam, quibus fidelis noster dilectus Andreas dapifer Dobrinensis nobis complacuit, et imposterum aucto fidelitatis studio poterit prestancius complacere, horum intuitu volentes ipsum specialium graciarum prosequi fauoribus et ad nostra obsequia reddere promptiorem, sibi centum marcas in et super villa nostra Antiqua Rippin, in districtu Rippinensi sitta, et in molendino inferiori Rudny dicto, damus, deputamus, donamus et assignamus tenore presencium mediante. Quam quidem villam Antiquam Rippin vna cum molendino predicto ac cum omnibus et singulis ipsius ville et molendini vtilitatibus, fructibus, redditibus, censibus, prouentibus, necnon pertinencijs, coherencijs et appendijs vniuersis, ad ipsam villam et ad molendinum predictum spectantibus, ipse Andreas cum suis heredibus et successoribus legittimis in eisdem centum marcis tenebit, habebit, vtifruetur et pacifice possidebit tamdiu, quousque iam dicte centum marce sibi vel successoribus suis per nos vel successores nostros fuerint integraliter persolute: stacionibus tamen nostris regalibus pro nobis et nostris successoribus reseruatis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Opathow fe-

ria quarta proxima post festum sancti Andree, anno Do-
mini millesimo quadringentesimo vndecimo.

Teka Naruszewicza 11 N. 12, z oryginału pargamino-
wego anihilowanego bez pieczęci, przechowanego niegdy
w archiwum Koronnem.

1412. [15. IX]

[C. Ep. V., nr. 492.]

Nos Allexander alias Wytowdus dei gracia magnus dux Lituanie ac terrarum Russie princeps supremus etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis, quod cupientes terris, dominijs nobis subditis, de statu pacifico, comodoso et salubri prouidere et fines earundem terrarum nostrarum in pacis ponere dulcedine, vnionem inter serenissimos principes et dominos, dominos Sigismundum Romanorum semper augustum et Hungarie etc. ab vna et Wladislaum Polonie etc. reges et nos pariter parte ab altera factam et firmatam, grato animo suscepimus, quam amplecti, seruare et tenere volumus inconcusse ex eo, quod predictus serenissimus princeps, dominus Wladislaus rex Polonie etc. ffrater noster carissimus, promisit pro nobis et caucionem fecit prefato serenissimo principi domino Sigismundo Romanorum et Hungarie regi, domino et consanguineo nostro carissimo, quod eandem vnionem seruare debemus et eam literis nostris autenticis et priuilegialibus roborare. Ut ut eadem vnio cum tanta maturitate et salubri deliberacione stabilita, inter nos et eundem dominum Sigismundum Romanorum et Hungarie regem iugiter obseruetur et firmius teneatur, primo nempe ex certa nostra sciencia et in virtute fidei katholice perfecte et puro corde ac verbo ducali, accedentibus eciam ad hoc prelatorum, principum, baronum et procerum terrarum Lituanie et aliarum nobis subiectarum consensu pariter et assensu, assumimus et pollicemur, quod ab hac die et hora inantea puram, veram et sinceram fraternitatem eidem domino Sigismundo regi exhibebimus vna cum prefato domino Wladislao rege et seruabimus, ipsumque dominum Sigismundum regem contra omnem hominem viuentem, cum

hostiliter inuadere mollientem, totis nostris viribus adiu-
uabimus et quod auxilium uel consilium nunquam dabimus
nec consenciemus contra ipsius statum seu personam, neque
in periculum seu necem persone ipsius per nos vel alium seu
alios aliqualenus machinabimur aut machinari volentibus
consenciemus, sed pocius conseruacionem sanitatis et vite ipsius
honoremque eius pro posse procurabimus et quod de regnis, ter-
ris, dominijs, vasallis et subditis ipsius nullo vnquam tem-
pore quidquam attemptabimus, dampnum quoque et pericu-
lum status persone ac honoris ipsius avertemus, proditori-
bus et rebellibus eius non consenciemus, ymmo fraternitatem
eius in talibus, vbi sciuerimus, premuniemus sibi intiman-
do, defendemus et ipsi assistentes ac omnia alia et singula er-
ga eius fraternitatem generaliter et specialiter attendemus et ef-
ficaciter obseruabimus, que vere et sincere fraternitatis vin-
culum exigit, et que in prefati domini Wladislai regis de-
super confectis et nostris presentibus literis per distincciones et
continencias earundem, in suis punctis, clausulis et articulis,
sentencijs quoque et capitulis vniuersis comprehenduntur, pro-
mittimus firmiter, inviolabiliterque et effectualiter attendere
et tenere, prout preffatus dominus Sigismundus Romanorum
et Hungarie rex vicaria et reciprruca (!) vicissitudine eidem
domino Wladisslao regi Polonie et nobis hecciue tenenda et
obseruanda promisit et ne in aliquo a contentis litera-
rum predicti domini Wladisslai regis Polonie, fratris nostri
carissimi discrepare videamur, contenta literarum ipsius in
factis terrarum Russie, Podolie et Moldauie, quibus se
inscripsit predicto domino Sigismundo Romanorum et Hun-
garie regi de uerbo ad uerbum hijs nostris literis decreui-
mus includenda et per nos, prout per eundem dominum
Wladisslaum regem Polonie constanter obseruanda. Quorum
contentorum tenor dinoscitur fore talis. Verum quia super
terris Russie, Podolie, Moldauie inter prefatos dominos

Sigismundum Romanorum et Hungarie et Wladislaum Polonie reges et occasione earundem inter cetera dissensionis materia vertebatur, infecto itaque terre Russie inter eosdem dominos reges concordatum existit, ut vita ambobus insimul comite usque ad diem obitus unius eorum, quem videlicet prius nutu divino eximi contingat ab humanis, inter eundem dominum Sigismundum et dominum Wladislaum reges ac nos Alexandrum alias Wytowdum ducem prefatum, pacis et trewgarum federa habeantur inconcusse et obseruantur modo infrascripto, quibus trewgis durantibus prefatus dominus Wladislaus rex Polonie etc. terram ipsam Russie teneat pacifice, prout tenet, sine impedimento dicti domini Sigismundi regis vel regnorum aut subditorum eius aliquali. In terra autem Podolie idem dominus Sigismundus rex promisit eundem dominum Wladislaum regem per se nec per suos subditos facere impediri, neque alicui ad illam impediendam consilium, auxillium vel fauorem prestare trewgis durantibus prenotatis. Item in casu, quo eundem dominum Sigismundum regem memorato domino Wladislao regi vocacione divina premori contingat, extunc post ipsius regis Sigismundi decessum predicte trewge infra quinque annos immediate sequentes, debent perdurare et e conuerso si prefatum dominum Wladislaum regem Polonie prius domino Sigismundo rege decedere accidat, federa huiusmodi trewgarum similiter intra quinquennium inter Hungarie et Polonie regna, Lituaniam et terras nobis subditas post eius decessum debent firmiter obseruari et infra predictos quinque annos trewgarum videatur de iusticia et iure parcium secundum seriem et continencias literarum alias per prelatos et barones utriusque regni Hungarie videlicet et Polonie primum in Iglavia alia nomine in Noua villa et alia vice

in Antiquia villa confectarum, quarum contenta habentes hic pro sufficienter insertis, que ad huc in suo robore volumus permanere. Preterea de terra Moldavie seu Moldne taliter, ut sequitur, inter eosdem dominos Sigismundum et Wladislaum reges mutuo extitit concordatum. Ex quo enim magnificus Allexander woyevada Moldvanus ad beneplacita et mandata ipsius domini Wladislai regis Polonie se dinoscitur obligasse, quam obligacionem ipse dominus Sigismundus rex prelibatus ob amorem pure et sincere fraternitatis prefati domini Wladislai regis Polonie, nolens turbare vel impedire, ideo dispositum extitit et firmatum, ut quocienscumque Turci et infideles terras corone regni Hungarie cum valido exercitu hostiliter invaderent et easdem depopulare et vastare mollirentur, aut quandocumque nominatus Sigismundus rex contra predictos Turcos aut infideles mille lanceas vel plures armaret et contra ipsos expedicionem extra fines regni Hungarie destinaret, extunc ad suam intimacionem et significacionem idem dominus rex Polonie frater noster carissimus mandare debebit supradicto Moldvano, ut ipse propria in persona cum sua tota potencia eidem domino Sigismundo regi et suo exercitui succurret et obsequia prestat fideliter et constanter: salvo si Moldvanos (!) ipse infirmitate notabili et gravi eo tunc esset preventus, quo casu nichilominus potenciam suam cum rectore exercitus sui idoneo transmittere debebit; aut si saltim in servicio nostro cum sua potencia protunc foret preoccupatus. Qui si de mandato dicti domini Wladislai regis, ut prelibatur, in succursu contra Turcos vel infideles personaliter venire vel infirmitate preveniente suam mittere potentiam recusaret, extunc predicti ambo Sigismundus et Wladislaus reges simul debebunt terram Moldavie non obstante predicta obligacione potenter invadere et ipsum woyewodam Moldvanum ab eadem amovere et dicioni sue

regali subiugare, obtentamque inter se diuidere et per limites seu terminos infra scriptos distingwere et celebrare tali modo, quod silue Maior Buccouina dicte incipiendo a montibus siue alpibus regni Hungarie, inter eandem terram Moldauie et terram Sepenicensem situate, penes Sereth protendentes se ad aliam siluam Minorem Buccouina dictam vsque ad fluuium Pruth debent per medium diuidi seu dimidiari, et quod forum Tarkytarg, in sinistra parte situm, maneat pro nobis et terris Russie, forum vero seu villa Berleth, in dextera parte situm, maneat domino Sigismundo regi et corone regni Hungarie; transsenso autem flumine Pruth residue silue directe procedendo per campos desertos vsque ad mare, pari modo cum eisdem campis desertis per medium diuidentur, ita quod Teirwer alias Belegrod cum equali medietate pro nobis et corona regni Polonie, Kylia vero cum alia equali medietate pro domino Sigismundo rege et corona regni Hungarie maneant taliter dimidiate et diuise, et pars illa, que ex tali diuisione cedet domino Wladisslao regi predicto, remaneat in manibus eiusdem sub forma pacis et trewgarum super terra Russie superius expressarum. Vbi vero prefatus Moldwanus constanter et fideliter mandata per prefatum dominum Wladisslaum regem Polonie sibi iniungenda in dicti domini Sigismundi succursu adimplebit, tunc predicta totali terra Moldauie apud dictum dominum Wladislaum regem remanebit eciam post obitum alterius ipsorum regum predictorum ad quinque annos sub federe trewgarum predictarum: saluo iure partis vtriusque. Item si aliquis vel aliqui ex subditis dominorum regum predictorum regnorum aut terrarum ipsorum aliquas vastaciones, predes, rapinas, incendia aut aliqua alia quecumque maleficiorum genera in regnis et terris alterius ipsorum comiserint, quod per hoc trewge premisse non infringantur, sed quod ijdem malefactores et (!) satisfaccionem

iudicialiter compellantur, ita, quod dampna per ipsos facta de
bonis eorum resarcientur, et si iudicio parere contempserint, vter„
que ipsorum regum tales tamquam maleficos prosequi et impu„
gnare tenebitur et debebit, et ut prelibatur, nullo dissensionis,
displicencie, controversie et maleficij genere superveniente quo„
ciencumque et accedente interrumpi possit et debeat quomo„
dolibet vel dissolui fedus trewgarum et inscripcionum predic„
tarum; sed ut in talibus delicta non remaneant impunita,
dispositum est, ut vndecumque contingat in talibus delinqui
aut excessum fieri, recurratur et intimetur per iniuriam et dis„
pendium pacientem, ad alterum opidorum, utpote de incolis
regni Hungarie ad opidum Sandecz, et de inculis (s) regni Po„
lonie ad opidum Lewocze. Quequidem opida teneantur iudici„
bus hincinde ex vtraque parte regnorum predictorum deputa„
tis aut deputandis, casum, delictum et excessum intimare et ip„
sos invocare, ut in termino competenti iudices quatuor numero,
videlicet comites comitatuum de Sarus, Scepusiensis, Wyna„
nessis et Zemplinensis protunc constituti et per eundem do„
minum Sigismundum regem deputati, ad instanciam et que„
relam incole de Polonia in Antiqua villa, et ex adverso iu„
dices totidem per prefatum dominum Wladislaum regem Po„
lonie constituti et in literis suis nominatim expressi, utpote
Sandecensis et Woynicensis castellani, iudex et subcamerarius
Cracovienses, eciam pro tempore constituti in villa Schramo„
wicze aut in eisdem locis minor pars iudicum eorundem,
prout rei qualitas deposcerit, conveniant et iudicium et ius„
ticiam faciant simpliciter et de plano, subterfugijs cessanti„
bus, in delinquentes digne animadvertant. Que omnia et
singula superius contenta et expressa, nos Allexander alias
Wytowdus dux supradictus grata, rata habentes atque firma,
inviolabiliter et inconcusse promittimus observanda. Et in cor„
roboracionem, fidem et testimonium ac cautelam vteriorem
sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Actum et

datum in Troky, feria sexta proxima post Conductum Pasce, anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo etc.

Dokument pargaminowy. Na pasku pargaminowym wisi majestatowa pieczęć Witolda, w zwykłym wyciśnięta wosku, mocno zwietrzała. Na spodniej stronie pieczęci wyciśnięte małe odwrocie w czerwonem wosku, wyobrażające zbrojnego rycerza z dobytym mieczem na koniu, w lewą zdążającego stronę. W otoku napis: + sigillvm + allexandri + dvcis + lithvanie: etcetera.

[Kuraś: Zbiór dok. małopol. Cz. I, s. 375-376]

1412. 115

obl. Crac. 208 pag. 2172.

1/7

[Gdow.]

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum opus misericordie amore Domini nostri Jesu Christi in literis extibetur multiplici fructu ab ipso Domino, omnium bonorum largitore, recompensatur, manifestum facimus tenore presentium, quibus expedit, universis et ~~fu~~ singulis, presentibus et futuris presentium noticiam habituris, quod nos Stanislaus Wielopolski de Gdow et Nicolaus de eadem Gdow et Bielczyce heredes, cupientes salutem animarum parentum, predecessorum omnium nostrorum non oblivisci perpetueque memorie commendare non per errorem aut inprovise sed de mera (sic) nostra spontanea voluntate et scientia, licet indigni parochiani patronique ecclesie in Gdow ad laudem Dei omnipotentis et gloriose virginis Marie, patrone ejusdem ecclesie pro augmentando cultu divino et sublevatione rectore ejusdem ecclesie moderno honorabili Domino Alexio Niemicza stadium agri post paludes a partibus orientali meridionali et occidentali alias Niwa za Rudamy indifferentes in hereditate Gdoviensi et Bielczensi eradicatum et situm, contiguum stadiolo agri Bielicrky nec non ~~ve~~ ad (ac) alia tria stadia agri in sylvis et rubetis et progressive ab eodem stadio agri versus septemtrionem progredientia omnimodam libertatem extirpationis et eradicationis

ita late longe, prout dictum stadium agri in suis metis et extirpatum et eradicatum, eadem mensura ipsa tria stadia extirpata et eradicata cum omni jure et dominio toto nihil penitus pro se ipsis et eorum successoribus reservantes, in totum dono perpetue et irrevocabilis donationis dederunt, donaverunt dant-que et donant et eidem ecclesie in Gdow perpetue incorporaverunt. per ipsum dominum plebanum modernum et expertem existentem dictum stadium agri cum eradicatione in sylvis progressive aliorum trium stadiorum agri perpe-tuis temporibus futuris tenendum, ha-bendum, utifruendum pacifice et quiete perpetuo possidendum, ac pro usu melio-ri, prout videbitur, convertendum. In cujus nostri donationis certiorem fidem et testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et Datum in Gdow prima mensis Ju-lii anno Domini millesimo quadrin-gentesimo duodecimo presentibus circa premissa Joanne Kovalicz de Ku-nicze, Joanne Siestrzeniec de Palko,

wicze, Mathia Dziadom de Zrenczyce, victrico ejusdem ecclesie in Gdow et laboriosis Andrea Osieczki de Bielczycze, Mathia Piothrasz de Grzybowa, alio victrico ejusdem ecclesie, Joanne Janasz de Lipliasz et honorabili Domino Joanne, vicario ejusdem ecclesie, publico notario presentis donationis perpetue scriba et aliis quam pluriminis testibus fide dignis circa premissa vocatis et rogatis. -

1412. [23. X.]

[Daniłowicz, T. 2, nr. 999 - Reg.]

Nos Wladislaus dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lanczyczie, Cuyauie, Lythuanieque princeps supremus, Pomeranie dominus et heres Russye etc. vnacum inclito principe domino Allexandro magno duce Lythuanie ac reuerendis in cristo patribus, dominis Nicolao Gneznensis ecclesie archiepiscopo, Alberto Cracouiensi, Petro Poznaniensi, Iohanne Wladislauiensi episcopis, necnon validis strenuisque viris Cristino Cracouiensi castellano, Iohanne Cracouiensi, Nicolao Sandomiriensi, Sandziuogio de Ostrorog Poznaniensi, Mathia de Wanschosche Calisiensi, Iacobo de Coneczpolye Syradiensi, Iohanne Liganza Lanciciensi, Mathia de Labyschyno Brzestensi, Ianussio de Cosczol Gnewcouiensi palatinis, Michaele de Bogumilouicze Sandomiriensi, Iohanne de Sczecoczin Lubliniensi, Dobeslao de Senno Woyniciensi, Floriano de Korithnicze Wislicensi, Cristino de Coszeglowy Sandecensi, Clemente de Moskorzko Radomiensi, Iohanne Curopathwa de Laczuchow Zauichostensi, Grottone de Iancouicze Malogostiensi castellanis, Sbigneo de Brzesze marschalco regni Polonie, Petro Schaffranecz subcamerario Cracouiensi et capitaneo Lanciciensi, Nicolao de Krolicow Gneznensi, Iohanne de Scholischcow Calysiensi, Iohanne Surman Medzirzeczensi, Mathia Coth Naklensi, Alberto de Wscheradow Camenensi, Nicolao de Bloczeschow Santocensi, Iwano de Obichow Srzemensi castellanis, Passyek de Gogolow subcamerario Poznaniensi, Nicolao de Czarncow Poznaniensi, Iacobo Taska Calisiensi iudicibus, Martino de Calinow Siradiensi, Sbigneo de Gora Rospergensi castellanis, Petro de Wydawa iudice, Iacobo de Wydawa subcamerario Siradiensibus, Iohanne de Lanchoschin Lanciciensi, Martino de Lubnicza Brzezinensi castellanis, Nicolao de Opporow subcamerario, Stanislao de Byelawy pincerna Lanciciensibus, Alberto de Cosczol Brzestensi, Cristino Cruschwiciensi castellanis,

./.

Andrea de Ludbrancz iudice, Domyn de Krayow subcamerario Brzestensibus, et ciuitatibus Cracouiensi, Poznaniensi, Wladislauiensi, Calisiensi et Brzestensi, notum facimus vniuersis ac tenore presencium ex certa nostra sciencia publice regnoscimus (!) et fatemur, nos habuisse et recepisse, habere et tenere a venerabili et religioso fratre Henrico de Plawen, ordinis sancte Marie domus Theutunicorum de Prussya magistro generali, suis preceptoribus et ordine nomine veri pignoris et vadij Nouam Marchiam cum omnibus suis ciuitatibus, castris, opidis, villis, molendinis, libertatibus, iuribus et iurisdicionibus ac pertinencijs ordinarijs vniuersis, prout illam prefati domini magister generalis, preceptores et ordo habuerunt, tenuerunt, possederunt nomine pignoris et vadij ab illustrissimo principe, domino Sigismundo Romanorum et Hungarie rege etc. fratre nostro carissimo, et castrum Drzesno et castrum Schibelben, cum omnibus eorum villis, opidis, molendinis, iuribus, dominijs, libertatibus et pertinencijs vniuersis, que ad eosdem magistrum et ordinem, prout per eos asseritur, empcionis tytulo videntur pertinere, pro summa triginta nouem milium et quadringentarum sexagenarum grossorum Bohemicalium, in quibus prefati magister generalis et ordo nobis, nostris successoribus, prelatis et baronibus sunt effectualiter obligati. Quas quidem terras . . . . opida et villas cum omnibus suis emolumentis, iuribus, proprietatibus, libertatibus, pertinencijs et attinencijs singulis et vniuersis tenere et possidere, habere debemus, quousque nobis, prefatis nostris successoribus, prelatis et baronibus de prefata summa in grossis prefatis puro auro uel argento cuso vel non cuso in Thorun opido computata et numerata ad aliam rippam fluuij Visla versus Cuyauiam sub saluo conductu et securitate fideli magistri generalis et ordinis transducenda capitaneis vel officialibus aut hijs, quos ad hoc duxerimus deputandos presentanda, tradenda et assignanda, fuerit plenarie satisfactum, ac eisdem et earundem

./.

·/·

früctibüs, vtilitatibüs, prouentibüs, obüencionibüs, redditibüs
et emolimentis ac consüetis serüicijs vniüersis vtifrüi et gaü„
dere et in vsüs nostros conüertere poterimüs süb modis, formis,
et condicionibüs infrascriptis. Primo videlicet, qüod dictarüm ter„
rarüm, castrorüm, ciüitatüm, opidorüm et villarüm vasalli,
ciües et incole nobis et nostris süccessoribüs fidelitatis omagiüm
et solitüm jüramentüm taliter prestare tenebüntür, qüod nobis et
nostris süccessoribüs more pignoraticio ac nostris monitis et man„
datis fideliter intendant et pareant, qüoüsqüe nobis et prefatis nos„
tris süccessoribüs, prelatis et baronibüs de prefata sümma inte„
gre et plenarie füerint (!) satisfactüm; qüo facto prefatos vasal„
los, ciües et incolas ab hüiüsmodi omagio et fidelitatis jüra„
mento jüxta continenciam articüli infrascripti faciemüs libe„
ros et solütos. In casü vero, qüo prefatüs magister seü süccessores
et ordo aüt aliüs qüicümqüe eorüm nomine, habens plenam po„
testatem et mandatüm ad hüiüsmodi solücionem nobis aüt nos„
tris süccessoribüs, prelatis et baronibüs predictis faciendam,
promptos se reddiderint, beniüolos et paratos, et nos nostriqüe
süccessores, prelati et barones eam non cüraremüs acceptare, illo
non obstante, prefati vasalli, ciües et incole a prefatis jüra„
mentis et omagio extünc debent esse liberi et solüti jüxta teno„
rem articüli inferiüs annotati. Item promittimüs in verbo
nostro regio, süb fide et honore nostris, qüod nos et nostri süc„
cessores absqüe dolo et fraüde hoc efficere cürabimüs, qüod
prefati nostri capitanei, tenütarij seü officiales, cüiüscümqüe
preeminencie füerint, predictarüm terrarüm, castrorüm, opido„
rüm et villarüm vasallos, ciües et incolas nouis et inconsüetis
theloneis, exaccionibüs et alijs graüaminibüs et serüicijs exaccio„
nare et graüare contra iüs et modos iüsticie nülla presümant
racione, exceptis exaccionibüs, contribücionibüs et sübsidijs de„
bitis vel qüe de bona volüntate et beneplacito fierent eiüsdem
terre incolarüm. Si aütem predicti nostri capitanei, tenütarij
seü officiales a prefatis vasallis, ciüibüs et incolis per vim

·/·

vel coacte aliqŭid ŭel aliqŭa extorserint, de illis post resi„
gnacionem officiorŭm in vno mense coram hijs, qŭos ad hoc
dŭxerimŭs depŭtandos, in metis cŭiŭsdem terre Noŭe char„
chie, terre regni nostri propinqŭis iŭris patrie sint astricti respon„
dere. Item promittimŭs, proŭt sŭpra, qŭod nec per nos aŭt
nostros sŭccessores et heredes, nec per qŭempiam aliŭm nostro
nomine predicte terre, ciŭitates, castra, opida et ville in sŭis
mŭris, propŭgnacionibŭs et mŭnicionibŭs ad fraŭdem qŭomo„
dolibet fortificari valeant vel mŭniri, qŭominŭs post factam
et oblatam nobis, vt prefertŭr, plenariam satisfaccionem et
solŭcionem prefate sŭmme nobis et nostre Corone debite,
dicte terre ciŭitates, castra, opida et ville ad prefatos magis„
trŭm generalem, sŭos sŭccessores et ordinem reŭerti valeant
sine deŭastacione, destrŭccione et qŭalibet diminŭcione ma„
liciose facta, sed qŭod predictas terras, ciŭitates, castra, opi„
da et villas cŭm omnibŭs eorŭm pertinencijs sine protraccio„
ne qŭalibet eodem modo, qŭo nobis assignate et tradite fŭe„
rŭnt, viceŭersa assignabimŭs et assignare faciemŭs sine dolo.
Si aŭtem aliqŭa casŭaliter, eŭentŭaliter et accidentaliter in
eisdem terris, ciŭitatibŭs, castris, opidis et villis destrŭentŭr, tŭr„
binibŭs deicientŭr aŭt vetŭstate consŭmmentŭr vel ignibŭs
et fŭlmine combŭrentŭr, ad illorŭm satisfaccionem et restitŭcionem
in nŭllo penitŭs volŭmŭs obligari. Item promittimŭs, proŭt sŭ„
pra, qŭod tempore, qŭo dictas terras, castra, ciŭitates, opida et
villas in hac obligacione tenebimŭs et possidebimŭs, nŭllas gwer„
ras seŭ lites moŭebimŭs ex eisdem, sed cŭm terris et hominibŭs
finitimis terrarŭm et locorŭm hominibŭs pacem tenebimŭs. Si
qŭis vero pacem eandem tŭrbare volŭerit et terras predictas in„
ŭadere, extŭnc in vim defensionis licebit nobis et nostris talibŭs
impŭgnacionibŭs obŭiare et defensiones, qŭociens necesse fŭerit, fa„
cere opportŭnas. Item promittimŭs stratas pŭblicas et vias regias
per dictas terras, ciŭitates, castra, opida et villas secŭras et paci„
ficas defendere et tenere sine dolo et proŭt in proprio regno faci„

./.

mus, sicut eciam ipsi magister et ordo in eisdem terris defendebant et tenebant. Item promittimus, quod racione inpugnacionis castri Brzeszno nullum ius, quam hucusque amplius habuimus in dicto castro tam racione possessorij quam petitorij volumus vendicare; super quibus in prefatum illustrissimum principem, dominum Sigismundum, Romanorum regem etc. compromisimus, sed quod facta et oblata nobis satisfaccione dictum castrum cum suis villis et pertinencijs prefato magistro seu suis successoribus et ordini salvo nostro iure, nobis in eodem castro competente, vt prefertur, resignare tenebimur et debemus eodem modo, quo ipsum ab eo habuimus assignatum. Item volumus, quod prefati magister seu successores et ordo capitaneis nostris Dobrinensi, Brzestensi et Wladislauiensi vel alteri eorum per commendatores Thorunensem et Neschouiensem ac duos consules principaliores Thorunenses et per litteras ipsius magistri sub sigillo suo pendenti communitas intimare debent, quod parati sunt ad soluendum nobis summam supradictam, facta cum ipsis vel eorum altero conuencione personali; post quam intimacionem et tres menses immediate sequentes, nostri, quos ad hoc decreuerimus deputandos, debent in Thorun constitui et solucionem huiusmodi acceptare omnimodam atque plenam sub saluo conductu et securo ad aliam rippam Visle versus Cuyauiam transducendam, vt prefertur, et de acceptis prefatum magistrum, suos successores et ordinem per nostras patentes literas absoluere et quittare, et infra vnius mensis spacium a die expiracionis dictorum trium mensium computanda, prefatas terras, castra, ciuitates, opida et villas ac alia nobis inpignorata, vt prefertur, eidem magistro generali, suis successoribus et Ordini ac illi uel illis, quem uel quos ad hoc specialiter deputare decreuerint per suas litteras patentes et expressas nostro nomine restituere et libere dimittere et integre resignare ac prefatos vasallos, ciues et incolas a dictis nobis prestitis omagio et iuramentis absoluere et dimittere. Item quod dictus magister, sui successores et

./.

ordo dictis nostris capitaneis post resignacionem prefatam de securo et salvo conductu debent providere et resignatis terris huiusmodi secure cum rebus eorum omnibus valeant ad propria remeare et redire. In casu vero, quo infradictorum trium mensium spacium huiusmodi summam nollemus aut respuerimus acceptare, extunc prefati magister generalis et ordo post eorundem trium mensium lapsum a solucione tocius summe hic expresse, ad quam nobis magister et ordo obligantur, debent esse liberi et soluti atque quitti et dicti vasalli, cives et incole ab omagijs et iuramentis factis, absoluti et exempti; et nichilominus mox post lapsum unius mensis a tempore expiracionis dictorum trium mensium ad insinuandum solucionem deputatorum, computando, ad restitucionem et resignacionem dictarum terrarum, castrorum, opidorum et villarum etc. et similiter, si post satisfaccionem dicte summe nobis factam, huiusmodi terras, castra, civitates etc. prefato magistro et ordini etc. recusaremus restituere aut nollemus aut nostri capitanei recusarent, extunc vasalli, cives et incole predicti ab omagio et iuramentis nobis prestitis sint soluti, nosque nostrum regnum, prelatos, barones etc. sub penis et condicionibus infrascriptis obligamus et tenore presencium ponimus et facimus debitores, quod post lapsum dicti mensis magistro generali, suis successoribus et ordini decem milia sexagenarum grossorum Bohemicalium in puro auro vel argento, cuso vel incuso, infra duos menses prefatum mensem immediate sequentes, in Thorun persolvendorum et demum de bimestri in bimestre tempus, quousque prefatas terras reddere seu restituere eidem magistro decreverimus, simili pena decem milium sexagenarum grossorum predictorum pro quolibet bimestri tempore volumus obligari et nichilominus dictas terras, civitates, castra, opida et villas sibi restituere et resignare; et si tempore medio dicte terre, castra, civitates, opida et ville eidem magistro, suis successoribus, ordini subditis non fuerint restituta per nos et nostros successores, prelatos, barones et capitaneos vel summa dictarum decem milium sexagenarum grossorum, quociens illam in-

currerimus, non fuerit plenarie persoluta, ipsi magister, successo-
res sui et ordo, eorum subditi, mercatores et alios quoscumque sub-
ditos nostros, cuiuscumque status fuerint, vbilibet locorum propter
non restitucionem dictarum terrarum et non solucionem summa-
rum seu penarum predictarum in bonis ipsorum plenam habeant
tenore presencium arestandi facultatem, vt de rebus eorum are-
statis se valeant intromittere et illas in vsus suos conuertere,
que tamen in prefata summa non debent quomodolibet com-
putare aut defalcari. Preterea volumus vnacum illustri duce,
domino Witoldo fratre nostro ad obstagia, moniciones, increpacio-
nes, improperia, malediciones et imprecaciones ac omnes alias
obligaciones et penas infrascriptas comprehendi et includi, sed ab
eis volumus esse liberi penitus et soluti. Nos vero prelati, barones,
palatini, nobiles, milites, clientes et ciuitates suprascriptas sub
fide et honore loco iuramenti promittimus, quod post quatuor
mensium, postquam premissa dictis capitaneis vel eorum alteri
per prefatos commendatores et ciues intimata fuerint et ad hoc
per ipsos requisiti vel alter eorum fuerit requisitus, extunc si pre-
fatus dominus noster rex Polonie oblatam sibi, vt premittitur,
satisfaccionem et solucionem acceptare neglexerit, vel noluerit,
vel post factam sibi, suis successoribus, prelatis et baronibus solucio-
nem et satisfaccionem de summa supradicta, terras, ciuitates,
castra, opida et villas supradictas eidem magistro generali suis
successoribus et ordini effectualiter restituere, vt prefertur, non
curauerint, nos prelati prefati tanquam fideiussores, quilibet
nostrum loco sui de suis duos familiares nobiles, quemlibet cum
quatuor equis ad opidum Thorun in obstagium dirigere tenebi-
mur et debemus. Nos vero nobiles, palatini, barones, milites et
clientes prescripti, tanquam fideiussores ad simile obstagium opi-
dum Thorun quilibet nostrum cum quatuor equis, propriis in per-
sonis intrabimus. Nos vero predictorum ciuitatum consules atque
ciues de qualibet earundem duos nobiles consules, quemlibet cum
quatuor equis ad simile obstagium ad predictum opidum Thorun

transmittere debebimus, nisi aliquo notabili, videlicet infirmita-
te, captiuitate aut alio legittimo impedimento nostrum aliquis im-
pediretur, tunc loco sui alium condicionibus sibi parem ~~obsta-
gium ad predictum six opidum Thorun~~ similiter cum qua-
tuor equis, vt prefertur, mittere tenebitur et debebit. Quod si
forte opidum Thorun ad capacitatem omnium nostrum pre-
dictorum non sufficeret, vel alia causa racionabilis superesset,
prefatus magister, sui successores et ordo ad alias ciuitates seu opi-
da ad honesta hospicia, nobis per ipsum deputanda transmittere
et dirigere poterit pro suo libito voluntatis, ex quibus tam nos
quam . . . . nostri recedere non debebimus, quousque prefate
terre, ciuitates, castra, opida, ville, omniaque alia et singula pre-
missa eidem magistro generali, suis successoribus et ordini per
prefatum dominum nostrum regem Polonie, suos successores, here-
des et capitaneos restituta fuerint, tradita et assignata et eciam
tota summa pecunie, quam neglectu premissorum sua serenitas
pro pena meruerit, eidem magistro, suis successoribus ac ordini
per maiestatem suam fuerit plenarie persoluta. Quod si forte post
lapsum dicti quarti et vltimi mensis predictum locum Thorun
ad prestandum obstagium, vt prefertur, intrare neglexerimus, ex-
tunc nos et nostrorum quilibet omnibus improperijs, increpacionibus
et monicionibus, que humano ingenio deteriora excogitare vel
inuenire poterint, eiusdem magistri generalis, suorum successo-
rum et ordinis ac subditorum cuiuscumque condicionis vel sta-
tus fuerint, volumus subiacere. Itaque ipse et ipsi nos et quili-
bet nostrum sub proprijs nominibus, in curijs regum et princi-
pum ac alias vbilibet inculpare, maledicere, diffamare et fide-
fragos et infames appellare valeant absque nostra et nostrum
cuiuslibet contradiccione et resistencia. Quod si forte huiusmo-
di increpacionibus, improperijs, malediccionibus et diffamacio-
nibus hijs verbo, scripto vel opere per nos vel alium seu alios pu-
blice uel occulte contradicere presumpserimus, idipsum vergat in
nostrorum fidei et honoris dedecus et pudorem. Volumus insuper

postquam dictas terras, castra, ciuitates et opida, villas et alia nobis impignorata prefato magistro generali, suis successoribus et ordini effectualiter restituerimus seu resignauerimus, quod presentes nostras litteras nobis et nos sibi suas super impignoracione huiusmodi nobis datas, mutuo reddere et restituere teneamur. In quorum omnium euidens testimonium(s) et prefati fratris nostri carissimi, domini Alexandri magni ducis Lithuanie maiestatis sigilla vnacum prefatorum nostrorum prelatorum, baronum, palatinorum, militum, clientum et ciuitatum sigillis presentibus sunt appensa. Datum in ciuitate Przemysliensi, anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo, vicesima tercia Octobris.

Dokument pargaminowy tak zniszczony i zblakły, iż już w wielu miejscach odczytanym być nie może. Te nieczytelne miejsca uzupełniliśmy z kopii, zawartej w Tece Naruszewicza 11 pod N. 40.

Był ten dokument opatrzony pierwotnie 57 pieczęciami, zawieszonemi na paskach pargaminowych [w dwóch rzędach,] z których się tylko 10 dochowało. Z 23 pieczęci, które wisiały w pierwszym rzędzie, dochowała się tylko trzecia z kolei. Jest to pieczęć okrągła, w czerwonym wosku wyciśnięta, wyobrażająca popiersie starca łysego z bujną brodą, w lewo zwrócone, w obwódce o trzech łukach. Wokoło napis uszkodzony: [✠ s.] nicolai dei gra ste : halicensis eclie archiepi... Z drugiego rzędu dochowały się następujące pieczęcie: 25a, pieczęć okrągła w zielonym wosku wyciśnięta, wyobraża dwa klucze w ukośny krzyż złożone, nad niemi tarcza z orłem piastowskim. Wokoło napis: ✠ S·CONSULUM CIUITATIS POZNANIE. 29a również okrągła i w zielonym wosku wyciśnięta wyobraża między dwoma małemi wieżyczkami w tarczy orła piastowskiego. Wokoło napis: ✠ sigillum · civitatis · in[venis · v]ladi; 30a mała, okrągła, w brązowym wosku wyciśnięta, wyobraża w tarczy herb Doliwę. Wokoło napis: ✠ s. pesconis. de. gogelow; 38a mała, okrągła, również w brązowym wosku wyciśnięta, zupełnie niewyraźna; 40a również zgoła niewyraźna; 41a mała, okrągła

w czarnym wosku wyciśnięta, wyobraża w tarczy herb Ładoga. Napis nieczytelny; 42ª mała, okrągła, w ciemnozielonym wosku wyciśnięta, wyobraża w tarczy herb Awdaniec. W otoku napis: + s. petri de widawa; 44ª zupełnie niewyraźna; 53ª mała, okrągła, w brunatnym wosku wyciśnięta, wyobraża herb Korab. W otoku napis: + : s : wiłki : de : lotinsky; 54ª fragment wyobraża herb Zaręba. Otok obłamany. Reszty pieczęci brak.

1412. [8. XI. Zagrabiae]

[Pray, t. 2, s. 237-244.]

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex etc. reco„
gnoscimus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis, racione veri
mutui nos a serenissimo principe, domino Wladislao rege Polonie eius„
que prelatis et baronibus triginta septem milia sexagenarum lato„
rum grossorum monete et numeri Bohemicalium, boni et iusti pon„
deris habuisse et effectiue recepisse. Quemquidem dominum Wladi„
slaum regem Polonie, successores, prelatos et barones ipsius in resti„
tucione earundem pecuniarum assecurare cupientes, et prout iustum
est, in solucione ipsum reddere cerciorem, sibi et eius successoribus,
prelatis et baronibus terras, castra nostra Liblio alias Libowla cum
opido, et opidum Podolinecz cum fortalicio ac villis ad eas spectanti„
bus, necnon ciuitatibus et opidis infrascriptis, in terra nostra Scepu„
siensi, diocesis Strigoniensis situatis, videlicet Gnezna, Vela, ~~Lem~~ w„
becz, Meynharczdorff, Durolsdorff, Dewtschendorff, Michelsdorff,
Filbe, Walendorff, Cristhendorff, Newdorff, Rewsdorff, Mathesdorff,
et Iurgenberg nuncupatas, cum earum omnibus pertinencijs, censibus,
fructibus, redditibus, prouentibus, iurisdicionibus temporalibus, pos„
sessionibus, agris, pratis, campis, lignis, siluis, nemoribus, mellifi„
cijs, piscaturis, piscinis, lacubus, paludibus, aquis et aquarum de„
cursibus, molendinis, emolimentis, quercetis, pinetis, virgultis, gajis,
mericis, aucupacionibus, venacionibus, exaccionibus ordinarijs, ob„
uencionibus, attinencijs et appendijs vniuersis, quibuscumque no„
minibus vocitentur, nichil possessionis nec vtilitatis pro nobis et
successoribus nostris in eisdem reseruantes, obligauimus et in va„
dium posuimus ac obligamus tenore presencium, voluntate prela„
torum et baronum nostrorum ad hoc specialiter accedente, ita,
quod omnibus vtilitatibus et prouentibus hic descriptis, sine ali„
cuius vsure scrupulo idem dominus Wladislaus rex Polonie sui„
que successores vti, frui valeant et gaudere. Cui eciam omnes ciues

./.

et incole terre, ciuitatum et villarum predictarum tamquam nobis obedire et de singulis censibus, prouentibus et obuencionibus interim, donec ab ipso vel eorum aliquo redimemus terras, castra et opida, ciuitates et villas easdem, respondere tenebuntur. Quas quidem terras, castra, ciuitates et villas predictus dominus Wladislaus rex Polonie, successores, prelati et barones ipsius tenebunt, possidebunt et habebunt tamdiu, quousque sibi aut eius successoribus, prelatis et baronibus per nos aut successores nostros predicta triginta septem milia sexagenarum latorum grossorum monete Bohemicalis boni et iusti ponderis aut valorem earundem in auro vel argento fuerint efficaciter persoluta. Promittimus insuper bona fide in verbo nostro regio easdem terras, castra, ciuitates et villas ab omnibus iniurijs, impignoracionibus ~~quorumcumque~~ quorumcumque intraneorum, ac si ea per nos possideremus, quamdiu idem dominus Wladislaus rex Polonie, successores ipsius ipsas tenuerint, defendere et tueri, eo etiam non obmisso, quod si aliquis de regno nostro Hungarie easdem terras et castra, ciuitates, opida et villas, sub eodem domino Wladislao rege Polonie, successoribus, prelatis et baronibus ipsius receperint aut acquisierint, ipsas sine dolo et fraude reacquirere et ipsis eas restituere tenebimur et debemus. In casu autem, quo ipsas reaquirere non possemus, extunc sibi, successoribus, prelatis et baronibus ipsius predicta triginta septem milia sexagenarum reddere et soluere promittimus bona fide, vel alia bona consimilia et eiusdem valoris sibi et ipsius successoribus in eisdem obligare, si autem hec facere non curauerimus aut neglexerimus, extunc ad omnia dampna, que ex non complecione promissorum nostrorum in presenti litera expressorum, predictus dominus Wladislaus, successores, prelati, barones et regnum ipsius perceperint, nos vnacum omnibus prelatis et baronibus nostris resarcienda, refundenda et soluenda promittimus. Pro quibus regni nostri homines, cuiuscumque condicionis, dignitatis aut preeminencie et bona ipsorum arrestare, captiuare, terras nostras

./.

./.

inuadere, spoliare libere idem dominus rex Wladislaus, successores, prelati et barones ac regnum ipsius possint et valeant absque omni resistencia et contradiccione nostra et nostrorum tam diu, quousque sibi, suis successoribus, prelatis, baronibus et regno per nos, nostros successores, prelatos et barones de omnibus premissis fuerit integre satisfactum. Dum autem predictas terras, castra et ciuitates, opida et villas ab eodem domino Wladislao rege Polonie, successoribus, prelatis et baronibus suis redimere et liberare voluerimus, extunc literam nostram sub sigillo maiestatis nostre pendenti ad eundem dominum Wladislaum regem vel eius successores, prelatos et barones regni eius scriptam, debemus per notabiles duos proconsules, unum videlicet de Lewche et alium de Cassouia ad capitaneum ipsius in Liblio dirigere et eam sibi facere presentari ac significando intimare in eadem, quod ipsas terras, castra, ciuitates, opida et villas infra duas menses continuas volumus ab eodem domino Wladislao rege vel eius successoribus, prelatis et baronibus liberare. Si autem nos decedere contingerit, extunc duo prelati et totidem barones maiores regni nostri Hungarie sub sigillis eorum pendentibus in hoc casu idem facere debebunt et tunc a die intimuacionis et assignacionis literarum huiusmodi predicta triginta septem milia sexagenarum in grossis boni et iusti ponderis vel auro puro aut argento infra easdem duas menses ad castrum Dunawecz duci debent et ibidem per homines predicti domini Wladislai regis Polonie, successorum, prelatorum et baronum eius, quos ad hoc duxerit deputandos numerari et numerata sub saluo, securo et sufficienti conductu nostro, successorum, prelatorum et baronum nostrorum in castrum Czornsteyn deportari et adduci; interim autem in castro Dunawecz predicto quatuor pociores Poloni de terra Cracouienti et Sandomiriensi vel altera earum, quos rex Hungarie vel barones ipsius regni Hungarie tunc nominauerint uel

./.

elegerint, videlicet die numeracionis persoluendis pecunije et redempcione pignorum predictorum faciende. Ita tamen, quod eligantur presentes aut in regno Polonie vbicunque existentes non impediti tali infirmitate et impotencia, quod venire non possent; quo impedimento extante, alij loco impeditorum transmittantur et per ipsum dominum Wladislaum regem Polonie, successores, prelatos et barones predictos in obstagium in eodem castro Dunawecz reponantur, nec aliunde recedere valeant, donec castrum predictum Liblio ~~et~~ ac alie ciuitates et opida predicta nobis aut successoribus nostris siue prelatis et baronibus integre fuerint restituta, nulla eciam excepcione, excusacione, contradiccione vel occasione obsistente. Harum quibus nostrum et prelatorum ac baronum nostrorum sigilla sunt appensa testimonio litterarum. Et nos Iohannes archiepiscopus Strigoniensis, Iohannes episcopus Iauriensis et Nicolaus de Gara, regni Hungarie palatinus, comes Symon de Rozgon, iudex curie regis, Iohannes de Pelsewcz, magister tauarnicorum regalium, Ladislaus de Wylak, banus Machouiensis, Iohannes banus de Maroth, Petrus de Peryn comes Wywariensis, Emericus de Peryn secretarius cancellarius regie maiestatis, Andrea de Syrke, magister tauarnicorum reginalium, Iohannes de Rozgon thesaurarius regie maiestatis, Matheus de Paloch comes Borsodiensis, Ladislaus de Pelsewcz, filius condam Emerici wayuode, Iohannes de Homonna, Benedictus Sudar de Machowicze, prelati et barones regni Hungarie, promittimus bona fide pro nobis et nostris successoribus predicta omnia per dominum nostrum regem de voluntate et beneplacito nostris facta, disposita et promissa inmutabiliter obseruare. In quorum fidem et testimonium vnacum sigillo dicti domini nostri regis sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Zagrabie octauo die festi Omnium sanctorum, anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo sexto, Romanorum vero tercio.

Dokument pargaminowy opatrzony był pierwotnie czternastu pieczęciami, na paskach pargaminowych zawieszonemi; z których pozostały następujące: pierwsza okrągła, w ciemnym wosku wyciśnięta, wyobraża hełm rycerski, bokiem w prawo położony; w klejnocie hełmu z pomiędzy dwoch skrzydeł bokiem barkami w prawo zwróconych, wygląda głowa brodata w profilu. Napis otokowy nieczytelny. Druga pieczęć całkiem wykruszona. Trzecia okrągła, w zielonym wosku wyciśnięta, mocno przytarta, wyobraża niby strzałę w słup bez żeleźca z pierzem szerokiem w kształcie serca; po bokach rogaciny dwa półcerkla w poprzek przecięte. Napis otokowy nieczytelny. Czwartej pieczęci brak zupełny wraz z paskiem. Piąta, w ciemnym wosku wyciśnięta, wyobraża w tarczy herbowej krzyż podwójny, nad tarczą hełm, na hełmie klejnot niezrozumiały. Napis nieczytelny. Szósta i dziewiąta wraz z paskami oderwane. Po siódmej i ósmej zostały paski pargaminowe. Dziesiąta duża, w ciemnym wosku wyciśnięta wyobraża w tarczy herbowej półptaka z rozpiętemi skrzydłami; nad tarczą hełm z labrami, na hełmie herb w klejnocie powtorzony. W otoku napis uszkodzony: ✠ S · COMITIS SIMONIS · D . . . GOR · IVD . . . . REGIE · MAIESTI . . . . Jedenasta mała, okrągła, zupełnie zatarta. Po dwunastej pozostał tylko pasek pargaminowy. Trzynastej małej odcisk niezrozumiały. Czternasta wykruszona. Na pasku pargaminowym dziesiątej pieczęci napis: Simonis de Rozgon iudicis curie regie maiestatis.

1413. [4. VI.]

[Przyw. St. Warsz., nr. 8.]

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Industria memorialis hominum non est tante virtutis, quam ea, que aguntur in tempore, possit perpetue memorie commendare; quapropter princi-pum auctoritas ex sua consueta ducali pietate serie literarum auten-ticarum consueuit ei cum effectu subuenire. Nos igitur Iohannes Dei gracia senior dux Masouie et Russie terrarum dominus et heres Czir-nensis, ad noticiam vniuersorum, presencium et futurorum, quibus ex-pediens fuerit, deducimus et deduci volumus presencium per tenorem, quod ex precordijs nostris semper cupientes bona ducatus nostri inde-sinenter ampliare et presertim ciuitatem nostram Varschouiensem iuri-bus et libertatibus inferius descriptis et notatis, illustrare, vt ceteri pulcherrima spe refecti ad ipsam ciuitatem nostram Varschouien-sem eo cum maiori diligencia studeant conuolare, et in ipsa ciuitate coincolatu suscepto, poterint cum ipsorum successoribus eo vberius permanere, peticionibus vniuersitatis predicte ciuitatis Varschouiensis racionabilibus inclinati, nutu Dei omnipotentis ipsi vniuersitati ciuium ciuitatis predicte Varschouiensis et ipsorum successoribus in eadem ciuitate et ipsius pertinencijs locatis et lo-candis, iura infrascripta per nos et nostros successores perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruanda, exnunc prout extunc du-ximus concedenda atque presentibus dedimus, damus, concedi-mus ascribimus, appropriamus et incorporamus, que sequn-tur:

(§ 1). Primo, quod predicti ciues Varschouienses et eorum successores in omnibus et singulis causis, tam magnis, quam paruis, videlicet furti, homicidij, incendij, membrorum muti-lacionis, violencie, stupri, false metrete, ponderis et mensure

./.

ceterisque vicijs, quibuscumque nominibus nuncupentur, secundum
exigenciam excessus ac delicti maleficiorum et maleficorum, in
granicebus, gadibus et metis memorate ciuitatis Varschouien-
sis et ipsius pertinenciarum perpetratorum et perpetrandorum si-
ue perpetrancium inter homines inhabitatores ipsius ciuitatis
necnon inter sexus vtriusque ad ipsam ciuitatem pertinentes,
iudicandi, sentenciandi, diffiniendi, puniendi et condempnandi
habebunt et extunc habeant plenam et totalem facultatem, pro-
ut ipsorum ius Theutunicum originale Culmense in omnibus et
singulis suis punctis, condicionibus et articulis postulat et
requirit: ea nichilominus condicione adiecta penitus et inclu-
sa, quod si aliquem ex nobilibus vel communibus militibus,
quod absit, quibuscumque nostri dominij aliquod scelus siue
delictum ex descriptis et alijs quibuscumque, quocumque voca-
bulo recitari videantur, in ciuitate nostra jam dicta vel in
suis metis contigerit facere et patrare, ad iudicium ciuile
predictum iudicaturus minime atrahatur, quos nos per nos
vel barones nostros pro tribunali nostro residentes, iudi-
candos et sentenciandos iuxta eorundem demerita reserua-
mus et iudicare volumus, Deo propicio suffragante. Si vero
in aliquo maleficio peracto siue peragendo aliquis extra-
neus, puta militalis, rusticus episcopalis vel monachalis (a)
hominibus dicte ciuitatis Varschouiensis voluerit detineri,
ipso iudicio ciuili iudicetur. Si autem peracto maleficio i-
dem extraneus, vt predicitur, detencioni predictorum ci-
uium effugerit, et iuri ciuili antedicto parere contempserit,
extunc causa de ipso more solito iudicialiter diffinita, tam
diu malefactor ingressu ciuitatis predicte et suarum gra-
nicierum carebit libero, quousque sufficiens satisfaccio

./. per ipsum malefactorem eidem ciuitati et suis rectoribus fuerit exhibita et impensa; alioquin si ipse malefactor contumax et rebellis in ipsa ciuitate et graniciebus suis per dictos ciues et ipsorum successores quociescumque et quandocumque temporibus vite sue poterit detineri, iuxta excessum ipsius et delictum, quemadmodum ipsum ius ciuile decreuerit faciendum, puniatur. Preterea homicidio, quod absit, inter dictos ciues occurrente, sine aliquo impedimento procuratorum et officialium nostrorum reus tam in corpore, quam in rebus et bonis suis more consueto ciuili iudicetur et puniatur.

(§ 2). Item damus predictis ciuibus Varschouiensibus et eorum successoribus a macellis carnificum, bancis, cellarijs, sutoribus, pistoribus, pannicidis, institoribus, mercatoribus et alijs quibuscumque mechanicis et ipsius ciuitatis et suarum pertinenciarum hominibus, quibuscumque nominibus vocitari mereantur, tanquam nominatim expressis, tam intra muros, quam extra muros ad presens existentibus et Christo duce per humanam discrecionem accrescendis quomodolibet in futuro, omnes et singulos census, exacciones, contribuciones, fructus, redditus et prouentus recipere, tollere et leuare et pro ipsorum vtilitate iuxta eorum discrecionem conuertere. Item de ortis in suburbio et de alijs in sylua wlgariter Lang dicta, vltra turrim nostram inter decliuitatem montis et rippam fluminis dicti Wisla comprehensis in gadibus et metis dicte ciuitatis reformatis et reformandis et ad vtilitatem in pratis, piscinis, humuletis et ceteris vsibus quibuscumque per ipsos nostros fideles et ipsorum posteros quouismodo deducendis, predicti nostri fideles et eorum posteri ex eisdem census, fructus, redditus et prouentus tollent, recipient et pro vtilitate ciuitatis conuertent.

/· (§ 3). Cui ciuitati insuper adiungimus villam Solecz vulgariter dictam, que villa gaudebit eodem iure in omnibus suis articulis, quo ipsa ciuitas fruitur atque gaudet.

(§ 4). Denique excipimus Nouam ciuitatem cum vniuersis suis pertinencijs, predicte ciuitati Antique adiacentem, et homines vltra turrim nostram predictam in areis et locis situatos infra limites factas et designatas ac eciam censibus nostris de mansis circumquaque predicte ciuitati adiacentibus, de quibus predicti ciues et eorum posteri se intromittere non presumant, sed pocius nobis et successoribus nostris secundum consuetudinem antiquam subiaceant, et soluciones ac debita consueta reddant.

(§ 5). Demum prefatis nostris fidelibus per omnia loca theloneorum nostrorum, in dominio nostro antiquitus obseruata, cum omnibus rebus et mercibus proprijs sine aliqua exaccione theloneorum indulgemus transitum liberum et securum, ita tamen, quod cum extra metas ducatus nostri cum eorum rebus et mercibus quibuscumque versus partes extraneas proficisci voluerint et disposuerint, tunc thelonea iuxta consuetudinem ante vigentem in ducatu nostro dare et soluere tenebuntur.

(§ 6). Item omnes et singulos inhabitatores ciuitatis predicte nostre Varschouiensis, muro duntaxat inclusos, ab omnibus laboribus molendinorum nostrorum absoluimus penitus et liberamus.

(§ 7). Item damus predictis nostris fidelibus et eorum posteris plenam, liberam et omnimodam facultatem, equos, equas, peccora, peccudes et queuis alia animalia domestica pascendi et nutriendi in agris et campis allodij nostri Varschouiensis; premissa tamen faciant sine

/ dampno et preiudicio nostrarum frugum et segetum, cuius-cumque generis existant.

(§ 8). Item conferimus predictis nostris fidelibus et eorum successoribus in riwlis circa ciuitatem scaturientibus ac scaturere et defluere valentibus, molendinum in loco ipsis apto erigere et edificare et erectum ac edificatum iuxta eorum discrecionem pociorem ad vtilitatem ipsorum propriam disponere. In quo molendino homines iuxta eorum beneplacita sine quouis impedimento nostro et nostrorum officialium molere valebunt. Verum tamen, quod fluuios siue riwlos ad nostra molendina defluentes, non retineant neque impediant.

(§ 9). Insuper census et obuenciones ac conductus, wlgariter przewod dictos, de fluuio Wisla wlgariter nominato, per piscatores nobis impendendi et dari antiquitus consuetos, pro nostra nostrorumque successorum vtilitate reseruamus, de quibus ipsi ciues intromittere se non audeant ~~se~~ nec presumant, immo ad predictum fluuium dictum Wisla manum suam non ponant.

(§ 10). Sed alias vtilitates, quascumque in districtu ipsius ciuitatis et suarum pertinenciarum, si quas Christo duce erigere, disponere et edificare poterint, vt prefertur, hee omnes predicte nostre ciuitati et ipsius ciuibus ascribantur. Excepto siquidem, quod si diuina opitulante clemencia in ipsa ciuitate fodina auri, argenti, salis et cuiuscumque metalli in posterum excreuere et emergi poterit, quod hoc ad dominium nostrum licite pertinebit et pertineat, impedimento cuiuspiam hominis non obstante.

(§ 11). Item penas tam magnas, quam paruas nostras ducales et aduocati predicte ciuitatis, qui ad presens est et

/.

/ qui pro tempore fuerit, excipimus et penitus reseruamus; in quibus quociescumque predicti ciues, successores et subditi eorum mediante iusticia condempnati fuerint, tociens nobis et successoribus nostris ac ipsi aduocato et ipsius posteris ad solucionem ipsarum penarum secundum consuetudinem diucius obseruatam compellantur.

(§ 12). Item damus predicte ciuitati et ipsius inhabitatoribus pro edificacione et reformacione ipsius cymentum et argillam, vbicumque in dominio nostro proprio directo et non extra inuenire poterint, libere recipere, leuare et ad locum ducere ipsis opportunum. Illud tamen fiat sine impedimento et dampno nostro et nostrorum successorum.

(§ 13). Interea absoluimus et liberamus predictos nostros fideles ab omnibus expedicionibus, ad quas proficisci minime tenebuntur; verum tamen isto expresso et adiecto, si quod absit, iurati nostri vel nostrorum successorum terram nostram hostiliter inuaserint et deuastare voluerint, tunc predicti nostri fideles et eorum successores vna cum alijs nostris fidelibus ipsam terram iuxta eorum posse defendere et tueri in graniciebus nostris tenebuntur. Eciam hac condicione adiecta penitus et expressa, quod ad quamlibet expedicionem nostram duos currus expensis secundum consuetudinem antiquam repletos, nobis et nostris posteris, quociens ipsa expedicio fuerit et occurrerit, dare et exhibere sine quauis contradiccione tenebuntur; ita tamen, quod quilibet currum de predictis quatuor equi valentes trahere debent.

(§ 14). Eciam quociescumque de equis nos aut successores nostri indiguerimus aut indiguerint, tociens ipsi ciues et eorum sequaces ipsos equos ordinare debent; nos vero et

/.

ipsi nostri posteri sallarium dictum wlgariter fürlon cum expensis proprijs pecunijs soluere obligamur illi aut illis, quorum predicti equi erunt.

(§ 15). Et quia eciam ipsam ciuitatem tantis libertatibus illustrauimus, quare volumus, quatenus ciues ipsius ciuitatis nulla libertate a nobis vel nostris successoribus alia exacta, pro posse ipsorum ipsam ciuitatem reformare et ad meliorem statum reducere teneantur et notanter incipiendo a nostra turri, circuendo ipsam ciuitatem ad occidentem et ad partem septemtrionalem, perueniendo usque ad locum, ubi quidam riwlus ad Wislam defluit ex opposito ecclesie sancti Iohannis baptiste collegiate.

(§ 16). Item in recompensam huius gracie, quam ipsis et ipsorum successoribus facimus, ut prefertur, volumus, quod predicti ciues et eorum successores singulis annis perpetuisque temporibus ad quodlibet festum beati Martini confessoris et episcopi venerandi nobis et successoribus nostris sexaginta sexagenas grossorum Pragensium soluere teneantur. Eo presertim expresso, si nos vel quempiam ex successoribus nostris captiuitatem incurrere contigerit, tunc volumus, quod predicti ciues et ipsorum posteri tantam et talem nobis persoluant exaccionem, quantam et qualem tunc super eos duxerimus imponendam.

(§ 17). Preterea volumus, quod si nos vel quempiam ex pueris nostris sexus utriusque diuina disponente clemencia nupcias celebrare contigerit, tunc predicti ciues et eorum posteri ad quamlibet solempnitatem nupciarum quadraginta sexagenas grossorum Pragensium dent et soluant.

(§ 18). Inter cetera cum honorabili viro Alberto dicto

./. Kxanzek canonico Varschouiensi, (quod) a multis retroactis tem-
poribus de villa Solecz racione canonicatus sui et prebende,
quorum ius patronatus siue presentacionis ad nos (et) ad nos-
tros successores dinoscitur pertinere, nomine annalis pensionis
per sex sexagenas grossorum Pragensium predicti cives persolue-
bant; vnde volumus, quatenus pluries repetiti nostri fideles et eo-
rum successores singulis annis perpetuisque temporibus in quo-
libet festo (sancti) Martini confessoris et episcopi venerandi ad
solucionem predictarum sex sexagenarum grossorum Pragensium
eidem Alberto et ipsius successoribus, qui pro tempore fuerint,
de pretorio dandarum procul omni dilacione astringantur.

Harum quibus nostrum maius sigillum de nostra certa scien-
cia est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in
Czirsko die dominico infra octauas Ascensionis Domini no-
stri Iesu Christi, sub (anno) Natiuitatis ipsius eiusdem mille-
simo quadringentesimo tredecimo. Presentibus strenuis viris:
Petro Pilik palatino, Slawecz castellano, Dobeslao iudice,
Wsseborio subcamerario, Vito thesaurario Czirnensibus, Ni-
borio subcamerario Zacroczimensi necnon marschalco curie
nostre et alijs quampluribus fidedignis testibus.

Teka Naruszewicza 11 N. 56 z oryginału pargamino-
wego niegdy w archiwum Starego Miasta Warszawy,
u którego na sznurku z pąsowego jedwabiu wisiała
pieczęć książęca.

a.

129

[A-U.P.zL., nr.49.]

A° 1413. d. 2 Oct. in Horodło.

Unia Litwy z Koroną na Sejmie

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia constat nullum salutis recipere compendia nisi misterio (sic)(a) fulciatur caritatis que non agit perperam sed fulgens propria bonitate discordes conciliat unit rixantes mutat odia rancores amputat et cunctis pacis prestat alimentum dispersa colligit collisa erigit in plana aspera dirigit et prava in directa convertit et virtutes omnibus succurrit nullum ledit diligit universa et si quis sub eius confugierit brachia securitatem inveniet nec insultus cuiuspiam formidabit. Per hanc leges conduntur regna reguntur urbes ordinantur et status reipublice optimo fine perficitur in cunctis virtutibus prestantior commendatur quam si quis contempserit omnis boni expers erit. Proinde nos Prelati Barones Nobiles et Proceres Regni Polonie universaliter universi et singulariter singuli significamus quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris. Quomodo ut sub umbra alarum caritatis quiescamus et ubi manet devotis desideriis aspiremus Domos Genelogias Stirpes nostras armaque et Clenodia nostra cum Nobilibus Boyaris Terrarum Lithuanie quibus suffragys nostris libertatum immunitatum privilegiorum exempcionum et graciarum beneficia a Serenissimo Principe Domino Wladislao Dei gracia Rege Polonie etc. et Illustri Principe Domino Allexandro alias Wytowdo Magno Duce Lithwanie sunt concessa et robore literarum efficaci roborata et confirmata coniunximus univimus et tenore presencium coniungimus conponimus coadunamus et conformamus ut exnunc et perpetuis temporibus duraturis armis et clenodys ac proclamationibus nostris que a parentibus et predecessoribus nostris contraximus in vim vere caritatis et fraterne unionis valeant uti frui gaudere et potiri ac si ipsa a suis progenitoribus ordine geniture suscepissent. Uniat eos nobis caritas pares efficiat quos religionis cultus Jurium et graciarum ydemptitas (b) sociavit promittentes bona fide verbo nostro constanti et fideli sub honore et onere iuramenti prestiti nunquam ipsos in omnibus adversitatibus et necessitatibus eorum deserere sed semper contra omnium inimicorum ipsorum insidias ipsis nostra prebere consilia auxilia et favores et apud predictos Dominos nostros Graciosos Wladislaum Regem Polonie et Allexandrum Ducem Magnum Lithwanie et eorum successores omni posse et fideli diligencia permovere ut munificenciarum suarum dexteram in eos extendant et profectus ipsorum non desistant procurare ac pijs eos favoribus graciarum confovere. Quod et que ipsi prefati Nobiles et Proceres Terrarum Lithuanie pari vicissitudine sub fide honore ac verbo fideli et onere prestiti iuramenti facere nobis

(a) ministerio (?) (b) identitas

teneantur. Hoc non obmisso quod Prelati Barones et Nobiles Terrarum Lithuanie nullas guerras alicui absque requisicione et consilio nostris et nostrorum successorum movebunt. Nosque Prelati Barones et Nobiles Regni Polonie absque requisicione et consilio similes gwerras (sic) nulli movebimus. Baronum et Nobilium Terrarum Lithuanie predictorum – Et insuper iam dicti Barones et Nobiles Terrarum Lithuanie predictarum cum eorum heredibus et successoribus legitimis prenominatos Serenissimos Principes et dominos nostros graciosos Wladislaum Regem Polonie et Allexandrum Magnum ducem Lithwanie et eorum successores legitimos Reges Polonie et Duces Lithuanie (sic) magnos quo advixerint nunquam imperpetuum debent deserere quoquomodo sed pocius ipsis sub fide et honore ac prestiti iuramenti onere fidelites adherebunt favoribus obediencia auxilijs et consilijs quibuscunque. Ut autem unusquisque sue domui mancipetur et domorum discrecio, et armorum distinccio clarius in singulis cognoscatur ne successu temporis huius nostre ordinacionis series confundatur oblivione aliquali primo domus arma Stirps Clenodium Genelogia et proclamacio Nobilium Lelywa cum domo et stirpe nobilis Monywit Palatini Wilnensis. Item arma Zadora cum stirpe et Genelogia Jawni Palatini Trocensis. Item arma Rawa cum genelogia Minigail Castellani Wilnensis. Item Lyssowe cum Genelogia Sunygal Castellani Trocensis. Item Jastrzambczy seu Lazanky alias Bolesty Nagorp vocati cum Nemyr Capitaneo Polocense. Item Tramby cum Hostykone. Thopori cum Butsymo. Item Labancz alias Skrzynsczy cum Goligunt. Poraye cum Nicolao Bylymyn. Item Dambno cum Albracht Korewa de Sowgodsko. Odrowansz cum Wyssegerd. Item Wadwycz cum Petro Mondigerd. Drya cum Nicolao Tavtigerd. Hawdanecz cum Johanne Gastoldi. Polukosza cum Wolczkone Culwa. Griffones cum Butowdo. Strzenjava cum Jadath. Item Polodze cum Kalone. Item Grzymala cum Johanne Rymowydowicz. Item Zaramba cum Gyneth Konczewicz. Item Pirzchala cum Dawkstha. Item Nowyna cum Nicolao Boynar. Item Szaloscha cum Wolczkone Rukuthowicz. Item Kopacz cum Gethowsoth. Item Rola cum Dangel. Item Srokomla cum Jacobo Myngigel. Item Cattus marinus cum Woysnar Wylkolewicz. Item Powala cum Georgio Sangabo. Item Pomyan cum Saka. Item Dolywa cum Naczkone. Item Szarza cum Swetbud. Item Dolanga cum Monstiwyld. Item Bogurya cum Stanislao Wysygyn. Item Janyna cum Woysym Daneykowicz. Item Bychawa cum Monstold. Item Swynky cum Andrea Dowknothowicz. Item Kolda (sic) cum Mynimund Sossnykowicz. Item Sulyma cum Rodywil. Item Nalancz cum Koczan. Item Lodza cum Myczusch – Item Belythowie cum Gerdud. Item Koscziakowie cum Czupam. Item Byala cum Woydylone Bussulowicz. Item Wanszik cum Koczano Succowicz. Item Czolek cum Johanne Ewild. Item Godzamba cum Stanislao Buthowthowicz. Item Osmorog alias Geralth cum Surgutthe de Reskum perpetuis temporibus fraterno federe sunt coniuncti confederati adunati complicati mancipati et connexi. Quibus quidem armis clenodijs et pro

clamacionibus ipsis simul cum omnibus qui ex eorum generibus legitime descenderunt Katholici tantum, ubilibet gaudere uti frui liceat et potiri ac si ipsa a suis progenitoribus legitimis suscepissent. Ut autem corroborationis cautele uberioris omnia premissa accipiant firmitatem presentes fecimus sigillorum nostrorum ex certa nostra sciencia municimine roborari. Actum et datum in Hrodlo opido in Parlamento seu convencione generali die secunda mensis octobris anno domini millesimo quadringentesimo tercio decimo —

Kopia z oryginału w archiwum N... znajdującego się, na pergaminie z 46 wiszącemi herbownemi pieczęciami — (jedna brakuje).

Tak ten dyplomat jako i poprzedzający z 1401 r., nie znajdują się w żadnym znanym mi zbiorze praw i przywilejów począwszy od Statutu Jana Łaskiego do Woluminów legum w takiej formie w jakiej je tu podaję: wspominane zwykle przywileje z 1401. i 1413 r. są potwierdzeniem niniejszych, są dziełem Królewskiem, te zaś narodowém — Samo porównanie ich przekona o ich różnicy, chociaż co do treści musi zachodzić podobieństwo, gdyż jednakowy ich jest cel, unii Litwy z Koroną — Dziwna rzecz że nikt dotąd o ~~[illegible]~~ istnieniu tych przywilejów nie wspomniał lub nie wiedział, a jednak tego osobnego ich bytu zaprzeczyć nie podobna: gdyż zwykle cytowany dyplomat z 1401 r. jest datowany w Wilnie, ten zaś w Radomiu — a co do dyplomatu z 1413 r., to oprócz oryginału z którego tę kopią zrobiłem, jest także w témże samém archiwum i oryginał na pergaminie znanego we wszystkich zbiorach drukowanych aktu z tegoż roku, z majestatycznemi pieczęciami Królewską i Litewską —

(Możeby dobrze było ~~wskazać~~, podług wyczytanych imion osób i herbów w tych dwóch dyplomatach, wskazać błędy które w tychże imionach do druku się wcisnęły, a które wszędzie powtarzane były)

131

1390, dnia 12 kwietnia w Krakowie.
1416. [30.VII.]

[kat. Arch. Akt Dawn., T. 2, nr. 160. Reg.]

In nomine domini Amen. Sub Anno A natiuitate eius dem domini Millesimo quadricentesimo decimo sexto Indiccione IX die penultima mensis Iulij, Hora tercia rum vel quasi, in Stuba minori et Inferiori domus et conuentus Monasterij Sancti Marci in Cracouia Ponti ficatus vacantis et Sacrosancto Concilio generali in Ci uitate Constanciensi diuina suffragante gracia celebrato et perdurante, in mei notarij Auctoritate Imperiali testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specia liter et rogatorum presencia. Constitutus personaliter Honorabilis et religiosus vir dominus balthasar Cum conuentu suo Monasterij Sancti Marci predicti quas dam tres litteras seu processus in cartha pergameni conscriptas venerabilis viri domini Nicolai de Gorz cow decretorum doctoris Archidiaconi lublinensis in Ecclesia Cracouiensi et Canonici eiusdem Ecclesie Cracouiensis Iudicis delegati adinfrascripta asede Apostolica specialiter deputati eius vero Sigillo ro tunde figure de cera alba Aextra in pressula per gameni intra vero rubea coloris Appendenti Cum Alijs executorum sigillis coappensis. In cuius quidem Sigilli medio quidam Clipeus, in quoquidem clipeo Crux scissa et bipartita, in fine vero Crucis et in quo libet cornu ipsius lapis rotundus et figure rotun de Admodum vnius poni (s) circumferencialiter Autem litere cruce preposita S. Nicolai de Gorzcow decretorum doctoris et Canonici Cracouiensis appa rebant euidenter; suis tenens in manibus michi no tario infrascripto Ad legendum et conspiciendum dedit, petens et requirens me modo, via et forma vt ipsas literas et processus infrascriptos de verbo ad verbum nil addens vel minuens transumerem et in formam publici documenti redigerem. Ita tamen, vt eidem transumpto seu publico Instrumento tam In Iudicijs, quam extra et vbique locorum fi des plenaria valeat adhiberi 'originales

actipe - acti ipse

litere Appareantur et fidem faciant in Agendis. Quarumquidem literarum et processuum videlicet prime sentencie executorum Tenor sequitur in hec verba:

Nicolaus de Gorzcow decretorum doctor Archidiaconus lublinensis in Ecclesia Cracouiensi et Canonicus eiusdem Ecclesie Cracouiensis, Iudex delegatus adinfrascripta Asede apostolica specialiter deputatus discretis viris dominis vicarijs ebdomadarijs ad Omnessanctos, ad Sanctammariam in Ciuitate Cracouiensi, ad Sanctum florianum extra muros Cracouie et Rectori in Oppatouecz seu ipsius vicesgerenti ac Alijs omnibus et singulis presentibus requisitis Ecclesiarum Salutem in domino et nostris ymo verius apostolicis firmiter et humiliter obedire mandatis. Iamdudum literas Sanctissimi in christo patris et domini domini Vrbani Olim pape VI.ti eius vera bulla plumbea in cordula Canapis dependenti more Romane Curie bullatas non rasas, non viciatas, non Cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed prorsus omni vicio et suspicione carentes nobis per honorabiles ac religiosum virum dominum Iohannem priorem domus Monasterij Sancti marci Ordinis de penitencia beatorum martirum sub regula Sancti Augustini in Ciuitate Cracouiensi coram notario publico presentatas Nos cum ea qua decuit Reuerencia recepisse noueritis. Quarum tenor sequitur et est talis:
„Vrbanus episcopus seruus seruorum dei dilecto
„filio .. Archidiacono lublinensi in Ecclesia Craco
„uiensi Salutem et Apostolicam benediccionem. Di
„lectorum filiorum .. prioris et fratrum domus
„Sancti marci Cracouiensis Ordinis Cruciferorum
„de penitencia sanctorum martirum sub regula
„beati Augustini degencium precibus inclinati,
„presencium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ipsius domus alienata in-
„ueneris illicite uel distracta, ad ius et proprieta-
„tem eiusdem domus legittime reuocare procures,
„Contradictores per censuram Ecclesiasticam appel-
„lacione postposita compescendo. Testes autem qui
„fuerint nominati, si se gracia, odio uel timore
„subtraxerint, censura simili Appellacione cessante
„compellas veritati Testimonium perhibere. Datum

„Rome apud Sanctum petrum, nonis may, ponti„
„ficatus nostri Anno duodecimo."

Et de eadem Comissione per nos et per Instrumen„ta publica fuit et est fides facta, Quum vigore„ eiusdem Comissionis iamdudum lite suscitata co„ram nobis inter prefatum dominum priorem de et super quadam area et braxeatorio fundato in eadem area et super percepcione census de dicta area actorem ex vna et nobilem dominam an„nam Relictam Nicolai Bochemi olim advocati et Conciuis Cracouiensis nunc vero vxorem hynco„nis heredis de viszegrod Cracouiensis diocesis et„ earum occasione libellus nostrum ad iudicium est, Contra quem libellum excepciones, et contra ipsas excepciones Replicaciones, et contra ipsas dictas Re„plicaciones Duplicaciones, ac contra easdem Duplica„ciones triplicaciones fuerunt producte. quibus omni„bus premissis oblatis et productis, partes predicte vna„nimi consensu petiuerunt a nobis pronunciari et interloqui super eisdem productis. Tandem nos vi„sis et diligenter examinatis omnibus premissis hinc„ inde productis communicato consilio Iuris peritorum Sentenciam interlocutoriam christi nomine inuoca„to promulgauimus certo sub tenore. huiusmodi Sen„tenciam Interlocutoriam volumus hic habere pro„inserta. per quamquidem Sentenciam Interlocuto„riam excepciones predictas sic ut premittitur co„ram nobis pro parte predicte (s) oblatas, pronunccia„uimus fore et esse friuolas et inanes ipsasque re„pellandas et repelli, Replicaciones vero domini Io„hannis prioris prelibati fore et esse veras et legiti„mas, easque admittendas et admitti, Nosque Iu„dicem in huiusmodi causa et causis parcium pre„dictarum competentem A sede apostolica fuisse et esse delegatum, necnon ad Respondendum libello domini Iohannis prioris sepedicti annam memo„ratam compellendam et compelli ac compellimus vna cum expensis litis cause predicte iamdicto domino priori ipsam annam condempnamus et condempnandam pronunciauimus, prout hec om„nia in eadem Sentencia Interlocutoria apparent manifeste. Et ab eadem Sentencia minime extitit appellatum. quequidem nostra Sentencia Interlocu„toria predicta. nulla appellacione suspensa trans„

iuit in rem Iudicatam. Quare nobis humiliter (per) prefatum dominum priorem fuit supplicatum, ut ad ulteriora in dicta causa procederemus et ut eidem literam Citacionis ad expensas litis cause predicte contra annam sepedictam dare et decernere dignaremur. Nos autem inclinati iustis postulacionis (s) prefati domini prioris ac volentes parere mandatis apostolicis, ut tenentur (s), literam Citacionis eidem domino priori decreuimus et terminum prout petebatur in dicta Citacione assignari, que (s) termino adueniente (s) prenominata anna nec per se aut aliquem ydoneum responsalem minime parere curauit, et expectata usque ad VI tam horam diei, contumacia eiusdem anne per ipsum priorem extitit accusata; que dicta anna per Nos tunc fuit contumax pronunciata, quia merito erat pronuncianda contumax. Tandem nos volentes conuicere (s) malliciam et rebellicionem eiusdem anne, ipsam ex officio nostro ex superhabundanti citari mandauimus. Testificantes (s) nichilominus ipsam, quod siue comparuerit siue non, extunc contumacia ipsius non obstante, dictas expensas taxaremus. Fuitque prefata anna citata acque certificata, prout tunc ex sigillis executorijs appensis in dictis Citacionibus euidenter apparebat; termino vero ex superhabundanti adueniente iteratis vicibus iamdicta anna per Nos extitit pronunciata contumax et in contumacia eiusdem anne dictas expensas nostra tamen cum moderacione ad tres marcas grossorum monete vsualis in terra communiter decurrentis pagamenti taxauimus. Et quia nichil esset iura condere, nisi sit qui ea exequatur, nichil esset promulgare, nisi debite execucioni demandaretur, vnde nos volentes predictam nostram Sentenciam interlocutoriam debitum deducere ad effectum, vobis et vestrum cuilibet in virtute Sancte obediencie et sub pena excommunicacionis, quam vos volumus incurrere ipso facto, si nostris ymmo apostolicis veriis, que precipimus, non parueritis mandatis, aut ea neglexerit seu contemserit (s) aliqualiter adimplere, auctoritate predicta apostolica districte percipiendo mandamus, Quatenus, prout fueritis requisiti seu aliquis

vestrum fuerit requisitus ita et taliter, quod alter vestrum alterum non expectet in exequendis dictis mandatis, nec vnus pro alio se excuset, prefatam annam, si comode Copiam (s) eius habere poteritis et ad eam pateat tutus accessus, alioquin in hospicio habitacionis sue et in Ecclesia predicta in Opatouecz uel alibi, quando et cociens fueritis requisiti seu vestrum aliquis fuerit requisitus, palam publice proponendo moneatis efficaciter inducendo, quam et nos sic tenore presencium requirimus et monemus, ut infra spacium triginta dierum a data nostre monicionis predicte immediate sequencium, libello prelibati domini prioris coram nobis oblato de et super area et braxatorio predicto respondeat in causa et negocio principali, procedat iuxta nostram Interlocutoriam et pronunciacionem, ac tres marcas grossorum monete vsualis predicto eidem domino priori racione expensarum litis et cause presentis ad quas expensas per Nos est condempnata prefata anna, det, assignet et ~~ex~~ exsoluet cum effectu aut amicabiliter pro eysdem concordet cum eodem. Quorum dierum decem pro primo, decem pro secundo, reliquos decem dies pro tercio termino peremptorio trina canonica monicione eidem premissa prefigimus et assignamus, alias si secus fecerit, nos predictam dominam annam exnunc prout extunc et extunc prout exnunc christi nomine inuocato auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa excommunicamus in hijs scriptis, vobis et vestrum cuilibet auctoritate predicta mandantes quatenus prefatam annam sic excommunicatam in Ecclesijs predictis et in Ecclesia predicta in Opatouecz, vbi maior populus ~~ro~~ conuenerit, publice curetis denunciari singulis diebus dominicis et festiuis, Tamdiu predicta exequentes, donec aliud a nobis in mandatis habueritis et beneficium absolucionis merebitur a nobis obtinere. Datum Cracouie Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo, duodecima die Mensis Aprilis, Nostro Sigillo Sub Appenso.

Deinde Sentencia aggrauacionis Et processus cum tribus Sigillis executorum coappensis Tenor sequitur in hunc modum (s):

Nicolaus de Gorzcow decretorum doctor Archidy-

/ iaconus lublinensis in Ecclesia Cracouiensi et Canoni-
cus eiusdem Ecclesie Cracouiensis Iudex delegatus
adinfrascripta A sede Apostolica specialiter deputa-
tus, discretis viris dominis vicarijs, ebdomadarijs
ad kathedralem Cracouiensem, ad Omnessanctos, ad
Sanctam Mariam, ad Sanctam Crucem, ad Sanctum
stephanum in Ciuitate Cracouiensi, ad Sanctum flo-
rianum, ad Sanctum Nicolaum extra muros Cra-
couienses, in opatouicz Cracouiensis, in przedborz,
in Radomske, In Potrkow, in Kamensko Rectori-
bus et eorum vicesgerentibus, ac alijs qui presenti-
bus fuerint requisiti Ecclesiarum Gneznensis dio-
cesium, Salutem in domino Et nostris ymmo ve-
rius apostolicis firmiter et humiliter obedire man-
datis. iamdudum literas Sanctissimi in christo pa-
tris et domini nostri domini Vrbani digna dei pro-
uidencia. olim pape VI.ti eius vera bulla plumbea
in Cordula Canapis dependenti more Romane Curie
bullatas, non rasas, non viciatas, non abolitas,
non Cancellatas, nec in aliqua sui parte sus-
pectas, sed omni vicio et suspicione carentes Nobis
per honorabilem ac Religiosum virum dominum
Iohannem priorem domus Monasterij sancti Marci
Ordinis de penitencia beatorum martyrum sub
regula sancti Augustini in Ciuitate Cracouiensi
coram notario publpublico infrascripto presenta-
tas, Nos Cum ea qua decet decuit Reuerencia re-
cepisse nouveritis, quarum Tenor sequitur et est talis:
„Vrbanus episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio.
„Archidiacono lublinensi in Ecclesia Cracouiensi Salutem
„et Apostolicam benediccionem. Dilectorum filiorum prio-
„ris et fratrum domus sancti Marci Cracouiensis, Or-
„dinis cruciferorum de penitencia beatorum martirum
„sub regula beati Augustini degencium precibus in-
„clinati, presencium tibi auctoritate mandamus, qua-
„tenus ea, que de bonis ipsius domus alienata in-
„ueneris illicite uel distracta, ad ius et proprietatem
„eiusdem domus legittime reuocare procures, Con(tra)-
„dictores per censuram Ecclesiasticam Appellacione
„postposita compescendo. Testes autem qui fuerint
„nominati, si se gracia, odio uel timore subtraxerint
„censura simili appellacione cessante compellas ve-
„ritati testimonium perhibere. Datum Rome apud
„Sanctumpetrum nonis Maij, pontificatus nostri An-
„no duodecimo." Quarum vigore Commissionis supra-

scripte Iamdudum lite suscitata coram nobis inter prefatum dominum priorem de et super quadam area et brazeatore fundato in eadem area et super percepcione census de dicta area actorem ex vna et nobilem dominam annam Relictam Nicolai Bochemi Olim advocati et Conciuis Cracouiensis nunc vero vxorem hynconis heredis de visszegrod Cracouiensis predicte diocesis et partium occasione libellus nostrum ad iudicium est oblatus, contra quem libellum excepciones et contra ipsas excepciones Replicaciones, et contra dictas Replicaciones Duplicaciones, ac contra easdem Duplicaciones triplicaciones fuerunt producte. quibus omnibus premissis oblatis et productis hincinde communicato consilio Iuris peritorum, Sentenciam interlocutoriam christi nomine inuocato promulgauimus certo sub tenore, huiusmodi Sentenciam Interlocutoriam volumus hic habere pro inserta. per quamquidem Sentenciam Interlocutoriam excepciones predictas sic ut premittitur proparte predicte anne coram nobis oblatas pronunciauimus fore et esse friuolas et inanes, ipsasque repellendas et repelli, Replicaciones vero domini Iohannis prioris prelibati fore veras et le(gi)timas, easdem admittendas et admitti, Nosque iudicem in huiusmodi causa et causis parcium predictarum competentem A se de Apostolica fuisse delegatum necnon ad respondendum libello domini prioris sepedicti annam memoratam Compellendam et compelli ac compellimus vnacum expensis litis cause predicte iamdicto priori ipsam annam condempnauimus et condempnandam pronunciauimus, prout hec omnia in eadem Sentencia Interlocutoria apparent manifeste, et ab eadem Sentencia nunc extitit appellatum. quequidem nostra Sentencia Interlocutoria predicta nulla appellacione suspensa transiuit in rem iudicatam, Et Tandem et (·) requisicionem ipsius domini prioris execucioni debite mandamus(1) districcius iniungentes quibusdam certis executoribus per nos deputatis, vt eandem annam inducerent et monerent realiter cum effectu, quatenus libello prelibati domini prioris coram nobis oblato de et super area et braxatorio predictis, responderet et in causa et negocio prin-

marent

cipali procederet iuxta nostram Interlocutoriam et pronunciacionem ac tres marcas grossorum monete usualis in terra Cracouiensi communiter decurrentis pagamenti racione expensarum litis et cause presentis, ad quas expensas ipsa anna per Nos est condempnata, eidem domino priori infra certum terminum a nobis prefixum exsolueret aut satisfaceret ac amicabiliter componeret pro eisdem cum effectu, Alioquin ipsam in ecclesijs eorum publice denunciarent excommunicatam singulis diebus dominicis et festiuis, prout hec omnia in nostris literis sentencie et executorie ac in actis cause predicte plenius continetur. Et quia nostras dictas Sentencias excommunicacionis per nos ut prefertur in ipsam annam latas eciam post publicacionem et denunciacionem ipsarum per non nullum temporis interualla (s) spiritu ducta dyabolico et sustinuit et nunc sustinet animo dampnabiliter indurato, communionique christi fidelium temere se ingessit et ingerit, ac gregem dominicam sua labe nequiter inficiat claues sancte matris Ecclesie viliter contempnendo, Nosque dedicenter ad debite conuersacionis examen, ne innocencie puritas confusa subcumberet uel prauitas effugeret impunita, dictas nostras sentencias aggrauantes, vobis et vestrum cuilibet sancte obediencie in uirtute mandamus et sub pena excommunicacionis, quam vos incurrere volumus ipsofacto, si nostris ymmo verius apostolicis que precipimus non parueritis mandatis, aut ea neglexeritis seu contempseritis aliqualiter adimplere, Quatenus prout fueritis requisiti seu aliquis vestrum fuerit requisitus, prefatam annam sic excommunicatam, excommunicatam (s) et aggrauatam Auctoritate nostra ymmo verius Apostolica Campanis pulsatis et Candelis accensis et demum extinctis infrascriptarum sollempnia in ecclesijs predictis quociens et quando fueritis requisiti publice proponendo curetis denunciare, nostras literas seu processus ymmo verius apostolicas ad realem deducentes effe execucionem, facientes ipsam annam in Cibo, potu, salutacione, locucione, empcione, foro, balneo ac hospicij recepcione et aquoius actu ac participacione ac conuersacione a cunctis christi fidelibus arcius cu-

lari et abstinere, Tandiu, donec reuersa aduni-
tatem fidei orthodoxe dignos saluatori possit
reddere fructus et satisfaccionem. Inquorum om-
nium testimonium et euidenciam pleniorem, pre-
sentes nostras excommunicationis literas seu pre-
sens publicum Instrumentum ipsas continens
per allexium notarium publicum ~~nostrum~~ que
et huiusmodi cause Scribam infrascriptum scri-
bi et publicari mandauimus, Sigilli nostri feci-
mus appensione muniri. Datum et Actum An-
no domini Millesimo Trecentesimo nonagesimo,
Indiccione Tredecima, die Martis XIII Mensis Sep-
tembris, hora terciarum uel quasi, in Curia do-
mus habitacionis nostre in Cracouia, pontifi-
catus sanctissimi in christo patris et domini
nostri domini Bonifacij diuina prouidencia
pape IX Anno primo. presentibus discretis viris
laurencio zuconis de Rospcza Gneznensis nota-
rio publico Imperiali Auctoritate, Iohanne
Stanislai de andreyowo Cracouiensis dioce-
sum Clericis et Stanislao Stanislai de Craco-
uia fratre Monasterij ad Sanctum Marcum
supradicti, testibus ad premissa vocatis specia-
liter et rogatis. Et Ego Allexius olim lauren-
ci de lclouia clericus Gneznensis Dyocesis pu-
blicus Imperiali Auctoritate notarius predicta-
rum Sentenciarum peticioni, promulgacioni alijs-
que omnibus et singulis premissis, dum sic ut
premittitur fierent et agerentur vna cum
prenominatis testibus presens interfui, eaque
omnia et singula sic fieri vidi et audiui et
demandato dicti domini Iudicis hoc presens pu-
blicum Instrumentum in hanc publicam for-
mam redegi vna cum Appensione Sigilli ipsius
domini Iudicis me hunc (s) subscripsi Signo et
nomine meis solitis et consuetis consignaui in
fidem et testimonium omnium premissorum.
Constat michi notario de hijs diccionibus inter-
linaribus videlicet Gneznensem dyocesim ob-
missas in linea tercia aprincipio presentis In-
strumenti interdicciones ecclesiarum et Salutis ob-
missas non vicio sed errore.-

Item Sequitur tercius processus Contra participan-

tes cum Sex Sigillis Executorum in pensulis (s) perga-
meni coapendentibus in hec uerba:
Nicolaus de Gorzcowo Decretorum Doctor Magister
in Artibus Archidiaconus lublinensis in Ecclesia Craco-
uiensi et Cantor eiusdem Cracouiensis ecclesie Iudex de-
legatus adinfrascripta specialiter deputatus etc. dis-
cretis viris dominis ad Kathedralem Cracouiensem,
ad omnessanctos, ad Sanctam Mariam, ad sanctam
Annam, Ad sanctum Stephanum in Ciuitate Craco-
uiensi, ad sanctum florianum extra muros Craco-
uienses, in Scarbimiria, in Wislicia, in noua Ciui-
tate Corczin, in Opatouecz, Bezcze Rectoribus et
vicarijs ebdomadarijs ecclesiarum et alys, qui pre-
sentibus fuerint requisiti in diocesi Cracouiensi.
Salutem in domino et nostris ymmo verius aposto-
licis firmiter et humiliter obedire mandatis. Iam-
dudum literas Sanctissimi in christo patris et do-
mini nostri domini vrbani olim pape VI^ti eius
vera bulla plumbea in Cordula canapis depen-
denti more Romane Curie bullatas, non rasas,
non cancellatas, non viciatas, nec in aliqua sui
parte suspectas, sed prorsus omni vicio et suspi-
cione carentes, nobis per Honorabilem et Religio-
sum virum dominum Iohannem priorem domus
Monasterij sancti Marci ordinis de penitencia be-
atorum martirum sub regula sancti augustini
in Ciuitate Cracouiensi, presentatas, Nos cum ea
qua decuit Reuerencia recepisse noueritis, sic in-
cipientes: „Urbanus Episcopus seruus seruorum
„dei dilecto filio .. Archidyacono lublinensi in Ec-
„clesia Cracouiensi Salutem et apostolicam bene-
„diccionem. Dilectorum filiorum .. prioris et fra-
„trum domus sancti Marci Cracouiensis, Ordinis
„cruciferorum etc." et sic finit (s): „Datum Ro-
„me apud sanctum petrum nonis Maij pontifica-
„tus nostri Anno Duodecimo." Et de eadem Com-
missione plene et integre per Nos et Instrumenta
publica vobis fuit et est fides facta. vigore qua-
rumquidem literarum Apostolicarum predicta-
rum Iamdudum lite suscitata coram nobis inter
prefatum dominum priorem de et super quadam
area et brazeatorio fundato in eadem area ac su-
per percepcione censsus de dicta area actorem ex
vna et Nobilem dominam olim Relictam Nicolai
Bochemi olim advocati et conciuis Cracouiensis

nunc vero vxorem hynconis heredis de Wissegrod rea parte ex altera Cracouiensis diocesis et earum occasione libellus pro parte dicti prioris nostrum ad iudicium fuit oblatus, contra quem libellum pro parte prefate anne fuerunt excepciones pro-ducte, et contra ipsas excepciones Replicaciones, et contra dictas Replicaciones Duplicaciones et contra easdem Duplicaciones Triplicaciones; qui-bus omnibus premissis sic (ut) premittitur oblatis et pro-ductis, partes predicte vnanimi consensu fecie-runt a nobis pronuncciari et interloqui super eisdem productis. Tandem nos visis omnibus premissis et diligenter examinatis, communicato Consi(li)o Iuris peritorum, sentenciam interlocu-toriam christi nomine inuocato promulgaui-mus certo sub tenore, huiusmodi sentenciam Interlocutoriam volumus habere pro inserta, per quamquidem sentenciam excepciones predictas sic ut premittitur coram nobis oblatas pro par-te anne predicte dictas excepciones pronunccia-uimus fore et esse friuolas et inanes, ipsasque repellendas et repelli, Rediplices (s) vero ipsius do-mini prioris fore et esse veras et legittimas, eas-que admittendas et admitti, Nosque Iudicem in huiusmodi causa et causis parcium predicta-rum competentem A sede Apostolica fuisse et esse delegatum, necnon ad respondendum li-bello dicti prioris annam memoratam compel-lendam et compelli ac compellimus vna cum ex-pensis litis cause predicte Iamdicto domino priori ipsam annam condempnauimus et con-dempnatam pronuncciauimus, prout hec omnia in eadem sentencia Interlocutoria omnia (s) ap-parent manifeste. Et ab eadem sentencia Inter-locutoria nostra extitit minime appellatum. quequidem nostra sentencia Interlocutoria predic-ta nulla appellacione suspensa transiuit in rem iudicatam, Et tandem et (s) requisicionem ipsius domini prioris dictam nostram senten-ciam Interlocutoriam (ad) execucionem (v) debitam demandauimus districcius iniungentes quibus-dam certis executoribus per nos deputatis, ut eandem annam inducerent et monerent reali-ter cum effectu, quatenus libello eiusdem domini

priorís coram nobis oblato de et super area et
brazeatorio predictis responderet, et in causa et
negocio principali procederet iuxta nostram In-
terlocutoriam et pronunciacionem ac tres mar-
cas grossorum monete vsualis in terra Craco-
uiensi communiter decurrentis pagamenti ra-
cione expensarum et cause litis presentis, ad
quas expensas ipsa anna per nos eidem prio-
ri est se condempnata, infra certum tempus[3]
a nobis prefixum exsolueret aut satisfaceret
ac amicabiliter componeret pro eisdem cum eo-
dem cum effectu, alioquin ipsam in ecclesijs
eorum publice denunciarent excommunica-
tam singulis diebus dominicis et festiuis, prout
hec omnia in nostris literis Interlocutorie senten-
cie executorie eius, ~~aut~~ ac in actis predicte (cau-
se) plenius continetur. Et quia prefata anna
nostras sentencias excommunicacionis, aggraua-
cionis et Reaggrauacionis per nos ut prefertur
in ipsam annam ad instanciam eiusdem prio-
ris racione non solucionis trium marcarum
predictarum et dicti libelli responsionis latas
eciam post publicacionem earum per (s) non-
nullo temporis interuallo seducta spiritu dya-
bolico sustinuit et nunc sustinet animo ~~[illegible]~~ mi-
serabiliter dampnabiliter indurato, communio-
nique christifidelium temere se ingessit et in-
gerit ac gregem dominicam sua labe nequiter
inficiat, claues Sancte Matris Ecclesie viliter
contemnando, Quare nobis prior prefatus hu-
militer supplicauit, vt ad vlteriora in causa
eadem procederemus et ut eidem processus con-
tra participantes anne predicte decernere digna-
remur. Nos igitur attendentes iustis postula-
cionibus ipsius prioris processus contra parti-
cipantes anne ~~predicte~~ prefate eidem priori
decreuimus; Considerantes tamen, quod tantum
sit ex canonicis institutis, quod participantes
excommunicato et criminoso in crimine simili
pena ipso Iure sunt ......¹) Et quum nonnulli
anne memorate excommunicate Tamdudum per
nos ymmo verius A sede Apostolica et aggraua-
te et reaggrauate ad instanciam ipsius prioris
occasione expensarum predictarum et alijs,


¹) ircati

excessibus premissis in loquendo, bibendo, orando, salutando participare non formident, communioni-que christifidelium se ingerunt claues sancte matris ecclesie viliter contemnantes sua labe ne-quiter infecti, Id circo nos deducentes ad debite con-uersacionis examen, quod parum humilibus prodes-set obediencia, nisi in obedientibus contumacia non obesset, quosque timor dei aut virtus pro-pria non reuocat [1], Saltim hos coharceat seueri-tas ecclesiastice discipline ac volentes nos ne tante rebellionis proteruitas trahatur a posteris in exemplum, vobis et uestrum cuilibet in virtu-te sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet trium dierum Canonica monicione premissa in hijs scrip-tis Auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte ferimus, si presencia nostra man-data ymmo pocius apostolica aliqualiter con-tempseritis adimplere, districte precipiendo man-damus, quatenus accedentes personaliter iuxta requisicionem vobis faciendam Nobiles et cir-cumspectos viros dominos Drogosium Iudicem Crezszlaum sub Iudicem terre Cracouiensis, Sul-conem dictum Szildowka, Milites, Nicolaum dictum Bernar, Iohannem dictum Gelrchach Petrum dictum Melczar, Pochczalonem, Cza-nonem, Geczonem, Nicolaum Dambrowa, Curcz-sydlonem Warszewskyj, Andream Werzingij, Nycolaum Supparium, Iohannem Spiczimir, Pacosium vlrici Consules, Nicolaum Szafer aduocatum omnesque scabinos Ciuitatis Cra-couiensis, vitum Magistrum hospitalis ad Sanctamcrucem in Cracouia, Nicolai Rectoris Nicolaum priorem Ecclesiarum, Nicolaum dictum Sbedzik Consulem ac alios omnes Con-sules de Oppatouecz necnon alios omnes et singulos christifideles sexus vtriusque predicte anne amicos et amicas, propinquos et re-motos, notos uel ignotos, familiares et amo-tos, quos procuratores seu presencium (1) prefa-ti domini prioris vobis ostenderit (2) nomina-tim et expresse memoratis (3) eficaciter in-ducendo, quos et nos presentibus monemus, ut infra spacium nouem dierum a die monicionis

1) reuocat? 2) zapewne winno być monealis zaś ms. mcoatf

per vos facianda (1) anne antedicte in cibo, potu, sa-
lutacione, loquicione, empcione, vendicione, foro, igne,
balneo et ac hospicii (1) recepcione ac quovis alio actu
legittimo christifidelium participare desisstant, qua-
rum dierum duos pro primo, duos pro secundo et reli-
quum tempus pro tercio termino peremptorio terna
Canonica monicione premissa eydem (1) assignamus,
alias si secus fecerint dominos nobiles, Consules, Sca-
binos, advocatum, omnesque et singulos predictos
auctoritate Apostolica supra dicta exnunc prout
extunc christi nomine invocato excommunicamus
in hijs scriptis, ut ad grauiores penas contra ipsos
dominos Suadente iusticia, si mandatis nostris
ymmo Apostolicis contravenerint procedamus. Et
nichilominus ipsam annam sic ut premittitur
excommunicatam, Aggrauatam et reaggrauatam,
prout in Ecclesijs predictis publice curetis, Tandiu
predicta exequentes, donec anobis aliud habueritis
in mandatis. volumus autem, quod presens pro-
cessus noster seu copia ipsius adportas Ecclesia-
rum affigatur Adinstar edicti publici, quod
olim scripbebatur in albo pretorio, ne quisquam
ignoranciam depremissis valeat pretendere uel
eciam alegare non cum post esse occultum ali-
cui, quod ita singulorum auribus (1) erat inculta-
tum. Datum Cracouie in domo habitacionis nostre
Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo
primo, XXII^a die Mensis februarij, nostro Sigillo
sub appenso. Execucione diligenti facta literam red-
dite vestris Sigillis Sigillatam. Super quibus omni-
bus et singulis premissis prefatus dominus Baltha-
sar prior suo et conuentus sui nomine pecyt
ame notario publico infrascripto publicum uel
publica Instrumentum uel Instrumenta. Acta
hec sunt Anno, Indiccione, die, Mense, hora, loco
et pontificatu vocatis quibus supra, presenti-
bus discretis et providis viris, paulo presbitero
de Raczans Wladislauiensis dyocesis, Iohanne
Iacobi publico notario Gneznensis Diocesis, Nicolao
fratre Tinicziensis Monasterij Cracouiensis, Hurko-
ne et Stanislao Schadowmik Ciuibus Cracouien-
sibus, Mathia opidano de noua Brzessko Cra-
couiensis diocesis et alijs quam pluribus fide-
dignis testibus ad premissa vocatis et roga-
tis. –

1) auribus



Et Ego Laurencius Zukonis de Roszprza Clericus Gneznensis diocesis publicus Auctoritate Imperiali notarius, predictarum literarum Et processum perprefatum Priorem pronunciacioni et tradicioni, ac ipsarum literarum et processuum transumi, transcribi et in formam publici documenti elici de verbo ad verbum peticionem et requisicionem ac alijs omnibus et singulis premissis dum sic ut premittitur agerentur et fierent vnacum prenominatis testibus presens interfui: Eaque sic fieri vidi et Audiui, Ideoque alijs Preoccupatus negocijs per alium fideliter conscribi feci et ordinaui, nil addendo uel minuendo, Me quoque hinc manu propria premissa Auscultacione cum originalibus literis subscripsi et in hanc publicam formam redegi, Signo quoque et nomine meis solitis et consuetis consignaui, rogatus et requisitus in et ad fidem omnium et singulorum premissorum. Constat michi notario de spacijs et sepulcris (s) inter processus supradictos per ingrossantem factis, non causa erroris sed ex simplicitate ingrossantis.

Oryginał pargaminowy; pieczęcią nie był nigdy opatrzony.



1417. [22. XI]

[Mat. arch. nr. 35.]

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature commoda nichil dignius memoria habeatur, opportunum existit, vt actus hominum literarum apicibus et fidedignorum testimonio perhennentur, ne lapsu temporis euanescant. Proinde nos Vladislaus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Lithuanieque princeps supremus, Pomeranie, Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo terras nostras volentes efficere populosas et vsus earum ac commoda vberius ampliare, vt sub felici nostro regimine vtilia se senciant recepisse incrementa, ad instantesque peticiones nobilium Wasskonis et Procopij fratrum germanorum de Tyssimenicza, nostrorum fidelium dilectorum, et ob merita grata ipsorum, quibus nostre placere meruerunt maiestati, et in futurum aucto fidelitatis studio potuerint complacere, eis in villa dicta Strelicze, super flumine dicto Lubscha, in terra Russie et districtu Zydaczowiensi situata, ciuitatem graciosius indulgemus instaurandam, instituendam et noua connotacione hominum collocandam, eodemque nomine supradicto Strelicze nuncupandam, et indulgemus presencium per tenorem, ipsamque omnibus iuribus, modis et consuetudinibus, quibus cetere ciuitates nobilium in terra Russie fruuntur, perfrui volumus et gaudere, quam eciam ciuitatem de iure Polonico in ius Theutonicum, quod Magdeburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum: remouentes ibidem omnia iura

Polonicalia, Ruthenicalia et queuis alia, modos et consuetudi-
nes vniuersas, que ipsum ius Theutonicum Magdeburgense pre-
dictum plerumque perturbare consueuerunt. Eximimus insuper,
absoluimus et perpetuo liberamus omnes et singulos ciuitatis
predicte ciues et incolas, duntaxat Catholicos, ab omni iuris-
diccione et potestate omnium et singulorum regni nostri pala-
tinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudi-
cum et quorumuis officialium et ministerialium eorundem,
vt coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam magnis,
quam paruis, puta furti, sanguinis, incendij, homicidij,
membrorum mutilacionis (et) quibusuis alijs enormibus
excessibus citati minime respondebunt, nec aliquas penas
soluere sint astricti, sed prefate ciuitatis ciues et incole co-
ram aduocato ciuitatis predicte, qui pro tempore fuerit, ad-
uocatus vero coram predictis Wasskone et Procopio et ipsorum
successoribus legitimis, aut coram nobis vel iudicio nostro ge-
nerali, dum tamen per nostram literam, nostro sigillo sigil-
latam citatus fuerit, et hoc si in reddenda iusticia negli-
gens fuerit et remissus, tunc non aliter, quam suo iure Theu-
tonico Magdeburgensi predicto de se querulantibus responde-
re sit astrictus. In causis autem criminalibus et capitalibus
superius expressatis, aduocato ciuitatis predicte, consulibus
et iuratis in metis et granicijs iudicandi, senterciandi,
puniendi, corrigendi, plectendi et condempnandi plenam
damus et omnimodam tenore presencium concedimus fa-
cultatem, prout hoc ipsum ius Theutonicum Magdebur-
gense predictum in omnibus suis punctis, sentencijs, condi-
cionibus, articulis et clausulis postulat et requirit. Volentes
insuper de superhabundanti nostre munificencie gracia
ciuitatis predicte condicionem facere meliorem ipsiusque

/- inopie et paupertati subuenire, vt nostris suffulti incole ipsius munificencijs, vberius valeant respirare et creatoris nostri clemenciam pro nobis jugiter exorare, forum septimanale in eadem statuimus singulis ferys quintis, vt premittitur (!) visitare poterint, eorumque mercancias libere exercere et (res) eorum vendere, emere et commutare iuxta ipsorum beneplacitum voluntatis: illo tamen non obmisso, quod homines mercatores et homines forum predictum visitare volentes, omnibus libertatibus, consuetudinibus et iuribus, quibus in alijs ciuitatibus nobilium nostrorum, in quibus forum exercent, perfruantur, gaudeant et eciam pociantur. Vobis autem capitaneis, burgrabijs, procuratoribus, viceprocuratoribus ac quibusuis terre Russie officialibus firmis nostris damus regalibus in mandatis, quatenus homines seu mercatores predictum forum septimanale cum ipsorum rebus (et) mercancijs visitantes et visitare volentes, impedire, molestare et perturbare nulla presumatis racione, sed pocius ipsos empciones, vendiciones, commutaciones libere exercere et sine impedimento permittatis et permitti faciatis, eos circa iura, modos et consuetudines, quibus ceteri fora huiusmodi septimanalia visitantes, perfruuntur, per omnia conseruantes. Quomodo (!) ad humiles precum instancias nobilium Wasconis et Procopij fratrum germanorum de Thissinenicza, nostrorumque militum pro ipsis exoratorum, pleno nostro prehabito consilio eisdem et suis legittimis successoribus in predicta ciuitate Strelicze damus, concedimus ac theoloneum imponimus et instituimus perpetue capiendum, tali modo et condicione, quod a quolibet curru falcato per grossum vnum, a (!) vero per quatuor denarios, a boue per quadrantem, ab oue per duos denarios per eandem ciuita-

tem euntibus, et in ipsa merces suas vendentibus, iuxta aliarum ciuitatum nostrarum modum et consuetudinem. Quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum Cracouie feria secunda proxima ante festum sancte Catherine virginis, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo. Presentibus venerendis in Christo patribus, domini: Iohanne archiepiscopo Leopoliensi, Alberto episcopo Cracouiensi, regni Polonie cancellario, magnificis et nobilibus: Cristino de Ostrow castellano et capitaneo, Iohanne de Tarnow Cracouiensibus, Nicolao de Michalow Sandomiriensi, Iohanne Liganza Lanciciensi palatinis et alijs quam pluribus fidedignis. Datum per manus predicti Alberti episcopi et cancellarij et venerabilis domini decani et canonici (?), regni Polonie vicecancellarij, sincere nobis dilectorum. – Ad relacionem Zbignei scolastici et canonici Sandomiriensis.

Teka Naruszewicza 11 N. 122, z oryginału pargaminowego, przechowanego niegdy w Archiwum Koronnem, od którego pieczęć była oderwana.

1418. die 7. mensis Ianuarii, Radomiae.

Coram iudicio terrestri Sandomiriensi Petrus et Cristinus heredes de Barkowice ~~divisionem bonorum hereditariorum faciunt~~. bona hereditaria inter sese partiuntur.

Nos Petrus de Falcow iudex et Zawissius de Oleschnica subiudex terre Sandomiriensis generalis, notum facimus tenore presencium omnibus et singulis, quibus expedit, vniuersis, quod accedentes ad nostram nostrorumque assessorum presenciam nobiles Petrus heres de Barkowice parte ex una, et Cristinus heres de ibidem parte ex altera, non compulsi, non coacti, non aliqua fraude seducti, sani mente et corpore publice recognouerunt ac confessi sunt inter se diuisionem perpetualem fecisse tam in rebus mobilibus quam etiam immobilibus; in hunc modum, quia Petro cesserunt perpetue iure hereditario iste ville, videlicet Barkowice, Wyszgow, Slawkow[1] cum omni iure et dominio, videlicet censibus, prouentibus, agris, pratis, siluis, macellis, borris, mellificijs, aquis, aquarum decursibus, piscinis, molendinis, venacionibus, ac cum vniuersis et singulis vtilitatibus, quibuscunque nominibus nuncupentur; sed Cristino cessit tota porcio ~~xx~~ hereditatis, quamcunque habuerunt et habent in terra Syradiensi, cum omni iure et dominio. Quam quidem recognicionem diuisionis ratam atque firmam volumus perpetuis temporibus irreuocabiliter obseruari. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Radomie feria sexta in colloquio generali post festum Epiphanie Domini ... sub anno milesimo quadringentesimo decimo octauo. presentibus his testibus Nobilibus: Iohanne de Szczekoczyn, Lublinensi; Clemente Radomiensi, Dobeslao Woynicensi Castellano, Szasino de Kyge, Andrea de Zelechow, Stanislao de Zborowa, et alijs multis fidedignis.

Themis polska, T. VI, 424. Pieczęć sędziego i podsędka okrągłe, na ~~pargaminie zawieszona (sic)~~. paskach pargaminowych zawieszone.

1421. (i 1334)

Voigt, Cod. Pruss. II str. 191 jest z 1334 r. i urywka o transumpcie
Script. rerum Pr. IV, 508-510 wzmianka

In nomine domini Amen. Nos Frater Johannes dei et apostolice sedis gratia Culmensis Ac Gerhardus eadem gratia Pomezaniensis Episcopi. Universis et singulis tam presentibus quam futuris presens transsumptum seu puplicum instrumentum ~~visuris~~ visuris seu audituris, facimus manifestum. Quod pridem pro parte Magnifici principis et domini fratris Michaelis Kochmeister Magistri generalis, Nec non venerabilium et Religiosorum virorum dominorum Commendatorum ac fratrum ordinis beate Marie Theutunicorum Jerosolimitani nobis expositum extitit seriose. Quod ipsi Magister generalis, commendatores et fratres antedicti habent in eorum custodia nonnullas litteras auctenticas originales super libertatibus, Indulgenciis, privilegiis et aliis iuribus suis, eis et eorum ordini ac illius suppositis concessis tam communiter quam divisim. Quasquidem litteras in Romana Curia et extra ac diversis mundi partibus pro liquidacione suorum Iurium forsan nunc seu inposterum producere seu ostendere habent. Essetque periculosum ne amitterentur vel subtraherentur propter viarum discrimina ac locorum distanciam, huiusmodi litteras originales per diversas mundi partes hincinde deferre. Quapropter Idem exponens super premissis de oportuno remedio in forma transscriptorum ad futuram rei memoriam provideri, Ac ipsis Magistro generali, commendatoribus et fratribus ~~citati~~ citacionem contra omnes et singulos sua communiter vel divisim interesse putans cuiuscunque dignitatis, Status, gradus, ordinis vel condicionis extiterint, eciam si pontificali Regali aut alia quavis prefulgeant dignitate, decerni per nos debita cum instancia postulavit. Nos igitur frater Johannes ac frater Gerhardus Episcopi prefati ad ipsius exponentis instanciam omnes et singulos sua communiter vel divisim interesse putantis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel condicionis,

vel condicionis extiterint, eciam si pontificali regali aut alia quavis prefulgeant dignitate, per nostras certi tenoris citatorias litteras nostrorum sigillorum appensione munitas, seu puplicum edictum tam Culmensis quam pomezaniensis Kathedralium ac eciam earundem civitatum parrochialium ecclesiarum valvis seu portis affigendum citari mandavimus et fecimus; Quatinus quintadecima die post execucionem huiusmodi citacionis in valvis seu portis antedictis legittime factam, si dies ipsa quintadecima Juridica fuerit et nos ad infrascripta peragenda pro tribunali sederimus; Alioquin proxima die Juridica extunc immediate sequenti, qua nos in aula Castri Schonenberg pomezaniensis diocesis hora terciarum vel quasi pro tribunali sedere contigerit, compareant in Judicio legittime coram nobis per se vel procuratorem seu procuratores suos ydoneos, ad videndum et audiendum nonnullas litteras auctenticas originales de quibus supra fit mencio in formam puplicam et auctenticam transsumi et exemplari ac fideliter cum originalibus litteris collacionari et concordari, nostrorumque sigillorum appensione muniri. Nec non transsumptis et exemplatis huiusmodi auctoritatem nostram pariter et decretum interponi, vel dicendi, et causam si quam habeant racionabilem allegandi cur premissa fieri non debeant, cum certificacione quod sive in dicto citacionis termino ut premissum est, comparere curaverint sive non, nos nichilominus ad ulteriora in premissis, prout de iure poterimus, procedemus, ipsorum citatorum absencia seu contumacia non obstante. Quo comparicionis adveniente termino

termino, comparente in Judicio coram nobis venerabili
et Religioso viro fratre Johanne Tirgart dictorum
Magistri generalis commendatorum et fratrum procu-
ratore et sindico, prout de sue procuracionis mandato
nobis legittimis constat documentis, et supradictas ci-
tacionis litteras unacum earum execucionibus in
qualibet valvarum seu portarum tam kathedralium
quam parrochialium ecclesiarum predictarum rite
et legittime factis reproducente, citatorumque in ea-
dem citacione contentorum non comparencium, neque
huiusmodi dici termino ~~pro parte sua satisfaciendo~~ satisfacere curancium con-
tumaciam accusante, ipsosque contumaces reputa-
ri petente, Et in ipsorum contumaciam huiusmodi
dici termino pro parte sua satisfaciendo: Quasdam
litteras Serenissimi principis et domini domini Kazemi-
ri Regis Polonie nec non certorum aliorum dicti regni
officialium sigillis sigillatas facto realiter et in scrip-
tis exhibuit et produxit. Quasquidem litteras trans-
sumi et exemplari ac fideliter cum originalibus litte-
ris collacionari et concordari ac in formam publi-
cam redigi ~~mandari~~, nostrorumque sigillorum appen-
sione muniri ac nostras auctoritates et decretum
interponi per nos, debita cum instancia postulavit.
Nos autem dictos citatos non comparentes, ~~licet sufficienter~~
~~et usque ad horam~~ neque huiusmodi dici termino in
aliquo satisfacere curantes, licet sufficienter et usque ad ho-
ram debitam expectatos reputavimus merito prout erant
contumaces iusticia id dictante. Et in eorum contuma-
ciam, postquam huiusmodi litteras originales per ipsum fra-
trem Johannem procuratorem ut premittitur productas re-
cepissemus

cepissemus, dicto fratri Johanni procuratori ibidem presenti ad audiendum voluntatem nostram super per eum superius petitis diem et horam infrascriptas duximus assignandas. Quibusquidem die et hora advenientibus, comparuit in iudicio coram nobis frater Johannes procurator predictus, nomine quo supra procuratorio et litteras antedictas modo et forma prepetitis transsumi et exemplari nostramque voluntatem super premissis pronunciari debita cum instancia postulavit. Nos attendentes requisicionem huiusmodi fore iustam et consonam racioni, quia ex ipsarum litterarum originalium inspecione per nos diligenter facta reperimus easdem litteras non abrasas non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas. Sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, sigillique dictorum Regis et officialium munitas. Idcirco auctoritate ordinaria qua fungimur in hac parte, easdem litteras originales per notarios puplicos infrascriptos transsumi et exemplari ac accuratissime cum ipsis originalibus collacionari et auscultari et in formam puplicam redigi mandavimus, volentes et tenore presencium decernentes, huiusmodi transsumpta et exemplata vim originalium optinere ac tantam fidem et probacionem extra et in iudicio ubicunque et quocienscunque ea produci et ostendi contigerit, facere, quantam ipse littere originales facerent si exhiberentur seu producerentur. Quibus nostram auctoritatem pariter et decretum duximus interponenda et interponimus per presentes. Tenor ~~autem~~ vero predictarum litterarum sequitur et est tales (!)

(1334.)

Noverint universi presencium noticiam habituri quod nos Kazemirus dei gratia rex polonie et terrarum Cracovie Sandomirii, Siradie, Lancicie, pomeranie Cuyavieque dominus et heres, una cum Baronibus nostris fidelibus videlicet Spicimiro Cracoviensi Castellano, Mstuio Sandomiriensi, Nicolao de Bogoria Cracoviensi Palatinis, Nicolao Palatino, Jarislao (?) Castellano Postianibus (?), Sanderie (?) Castellano Sandomiriensi, Crziwosandio subcamerario Cracoviensi,

Treugas statutas cum Serenissimo principe fratre ludero ordinis hospitalis sancte Marie Jerosolimitani domus Theutunicorum Magistro generali duce de Brunswich suisque conpreceptoribus ac toto suo ordine suis terris et hominibus usque ad instans festum Sancti Johannis baptiste proxime affuturum prorogamus. Ceterum easdem treugas sic prorogatas a die sancti Johannis baptiste predicto, statuimus facimus et ordinamus ad unius anni spacium videlicet ad sequens festum sancti Johannis baptiste firmiter et inviolabiliter per nos et nostros observandas, sub modis et pactis seu condicionibus prout in litteris super treugarum integritate et observancia, cum prefato fratre ludero et suis fratribus statutarum confectis in Cracovia in dominica Jubilate deo Anno domini Millesimo tricentesimo trigesimo tercio, habita tamen ordinacione in Thorun seu pactacione super eisdem, in dominica Misericordia domini precedenti, plenius et lucidius continetur. Inclusis etiam Magnificis principibus fratribus nostris Primislio Siradiensi, Wladislao lanciciensi ducibus Inclitis cum ipsorum hominibus et terris, et omnibus illis qui subsunt nostre dicioni impositis nominatum (może nominatim) iam dictis treugis et expressis. Quas itaque treugas nos et memorati nostri barones omni specie fraudis ac subtilitate qualibet semotis, irrefragabiliter promittimus observare bona fide. Ita tamen, quod ipse Magister cum suis conpreceptoribus castrum Civitatem et terram Brestensem ad manus Incliti principis domini Semovithi fratris nostri ducis Mazovie vel ipso nolente, venerabili in Christo patri Mathie Wladislaviensis ecclesie episcopo, nostris tamen litteris super ipsis treugis ac conpromisso in magnificos principes Karolum dei gratia hungarie et Johannem Bohemie reges facto, Magistro et fratribus predictis prius datis, presentare et assignare teneantur. Qui dux Semovitus vel dictus Episcopus Wladislaviensis, si, quod absit, per excellentissimos reges hungarie et Bohemie predictos, inter Magistrum Conpreceptores suos et ordinem prehabitos, et nos pax perpetua et concordia non fuerit ordinata, - extunc castrum, Civitatem et terram prefacta, cum rebus omnibus que eisdem fuerint assignate, reddere Magistro et suis conpreceptoribus sepedictis, quatuor septimanis ante exspiracionem treugarum, sint astricti. Addicimus insuper quod Magister cum suis conpreceptoribus prenotati, Theloneum in Radzeyow pro viarum custodia adhibenda tempore treugarum perdurante pro se retinebunt, hoc adiecto eciam, quod si dominus Rex hungarie prefactus, omnia addicata, placitata et ordinata cum Magistro et suis conpreceptoribus per suos nuncios et nostros super promissione conservacionis et restitucionis Castri Civitatis Brestensis non promitteret servatura, Extunc dictus Semovitus vel dictus Episcopus prenotati, Castrum Civitatem cum omnibus predictis ut premittitur teneantur reddere Magistro et suis conpreceptoribus ipso f.

treugis quidem istis omnimode usque ad assignatum terminum duraturis, ac in suo robore permanseris. In quorum rei evidenciam, huic littere nostrum sigillum unacum sigillis nostrorum militum predictorum est appensum. Acta sunt hec et data in Cracovia in festo penthecostes Anno domini Millesimo tricentesimo trigesimo quarto.

Sigillum predictis litteris appensum primum de cera communi cum impressione rubei coloris cere in presulis pergameniis erat: in cuius medio ymago regis coronati in solio sedentis et in dextra ceptrum regale et in sinistra manibus pomum cum cruce tenentis, cortinis arcumuelatis (?) et per duos angelos sustentantibus (?) apparebant. Et sub pedibus ipsius Regis figura medii leonis et medie aquile videbantur: littere vero circumferenciales sic legebantur: S. Kazimirus (?) dei gratia Rex polonie Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie Cuiavie et pomeranie. Secundum sigillum de cera communi in presula pergamenea, in cuius medio clipeus supra quem galea et supra galeam forma lune et stelle apparebant. Tercium vero Sigillum de cera communi rotundam; in cuius medio scutum, et in medio scuti crux supra crucem apparebant. Quartum sigillum similiter rotundum, parvum, de cera communi quod describi non poterat. Quintum vero sigillum similiter rotundum de cera communi, in cuius medio clipeus; in cuius clipei medio talis figura ↨; et supra clipeum galea et supra galeam talis figura ⟷ apparebant. Sextum sigillum similiter rotundam de cera communi in cuius medio cornua cervi apparebant. Septimum sigillum similiter rotundam de cera communi, in cuius medio clipeus, in cuius clipei medio forma securis apparebant: littere dictorum sigillorum legi non poterant. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, presentes litteras sive presens puplicum instrumentum huiusmodi nostrum transsumptum in se continentes sive continens, exinde fieri et per notarios puplicos infrascriptos subscribi et puplicari mandavimus, nostrorumque sigillorum iussimus appensione muniri. Datum et actum in castro Schonenberg Pomezaniensis diocesis, nobis inibi hora terciarum vel quasi ad supradicta peragendum pro tribunali sedentibus. Sub anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo vigesimo primo. Indiccione quarta decima, die vero mercurii quinta mensis novembris. Pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti, anno quarto: presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris, dominis Nicolao plebano in hoensteyn pomezaniensis diocesis; laurencio Carpentario de Thoran, Johanne Lichtenwalt et Johanne Respitez notariis puplicis clericis Culmensis et pataviensis diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Johannes pot clericus Traiectensis publicus apostolica et Imperiali auctoritate Notarius, dictarum litterarum originalium presentacioni, recepcioni, requisicioni, asscultacioni, decreti interposicioni, omnibusque et singulis

Indult. nota 24 aliuy (?) Jana Pol.

et singulis premissis, dum sic coram dominis Episcopis prefatis et per eosdem fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui. Eaque sic fieri vidi et audivi. Ideo presens publicum instrumentum per alium fideliter conscriptum, unacum Caspare Connotario meo infrascripto, exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigillorum dictorum dominorum Episcoporum signavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium veritatis omnium premissorum. Et constat michi de virgula facta in duodecima linea a tergo computando, que non fraude sed inadvertenter evenit. Ideo eandem approbo. Jo. Pot.

Znak notaryalny Kaspra.

Et ego Caspar Sartoris de ylow theutonicali clericus pomezaniensis diocesis sacra Imperiali auctoritate Notarius publicus, Quia omnibusque et singulis premissis una cum Notario publico et testibus suprascriptis presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, Ideoque hoc presens publicum Instrumentum manu aliena conscriptum de mandato dictorum Reverendorum patrum exinde confeci, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione Sigillorum dictorum Dominorum Episcoporum consignavi. Rogatus et requisitus in fidem omnium et singulorum premissorum, Constat michi Notario publico de Rasura superius non vicio sed errore commissa, quam approbo Caspar ylow.

O pieczęciach nie ma wzmianki w Kopii

Oryginał aktu tego jest
w Tajnem Archiwum Królewieckiem
w pudle LX. - N^ro^ 5.
ja przepisałem z Kopii bezpośredniej, - którą uczony dziejopis prus Voigt, przesłał professorowi Roepell w Wrocławiu. - d. 23. paźdz. 1844.

Gedr. in Voigt cod: pruss: II. p. 191.

1426. 26/3 [30. III.] [Mat. arch. nr. 58.]

MCCXXXII. Zbiór dok. II. N. 140.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam omnium rerum actus et coordinatio ab hominum memoria subito laberentur nisi sagax humane nature conditio elementa litterarum providisset, quibus universa fixa stabilitate subsistunt et perpetua solidilate firmantur. Proinde nos Vladislaus Dei gratia rex Polonie nec non terrarum Cracovie, Sendomirie, Siradie, Lancicie, Cujavie, Lituanieque princeps supremus, Pomeranie, Russie dominus et heres. significamus tenore presentium, quibus expedit, universis tam presentibus, quam futuris presentium notitiam habituris, quomodo in nostre majestatis presentia personaliter constituti provide viri consules Ilkussienses fideles nostri dilecti litteras super structuram montium et fodinarum Ilkussiensium et iuribus eorum habitas ipsis ex casu infortuito ignis voragine consumptas et exustas lamentabiliter exposuerunt, nostre instantissime supplicantes majestati, ut ipsis denuo literas super iuribus montium et fodinarum et presertim super iure montaneo conferre dignaremur. Et quia inter occupationis nostre curas ad hoc mentis nostre studium attenditur ut in regno nostro thesauros in profectum nostrum et regni producamus, ut inde virtus providentie nostre laudetur et status regni nostri predicti sub regimine felici conditione meliori sublevetur, nos itaque considerata ipso=

ipsorum et aliorum coopera~~ntium~~riorum pure fide-
litatis constantia, quam circa structuras mon-
tium et fodinarum, super inquisitione mine-
re plumbi et cuiusvis alterius metalli ibidem
in Ilkusc: ipsorum bona et sumptus gra-
ves impendere non formidant, petitionibus ipso-
rum benigniter acclinati, volentes ipsis pieta-
tis nostre donis subvenire indemnesque et ad
struenda montana predicta magis attentos red-
dere et promptiores universis et singulis con-
sulibus, civibus, cooperariis, propositoribus, cul-
toribus laboratoribus cuiuscunque status, con-
ditionis aut eminentie existunt in civitate et
extra civitatem Ilkusc: nostram predictam
ubilibet ~~ex~~consistentibus et habitantibus montana
predicta colentibus et colere volentibus ius
montanicum dedimus et presentibus damus
et conferimus potestatem et integram facul-
tatem in montibus Ilkusc: predictis,
in quibus minerarum copia abscondita in-
dicatur fodendi, querendi, indagandi, ducen-
di, portendi et in formas banneorum et por-
tionum et alias, ex quibus ipsis profectus e-
mineat condiendi, eo iure more consuetudine,
quibus in aliis regnis nobis vicinis, Hun-
garie et Bohemie montibus magistri et fosso-
res gaudent et fruuntur. Removentes omnia

iura et consuetudines universas, que ius mon-
taneum perturbare consueverunt. Et quia
residentia et continua assiduitas laborum cir-
ca fodinas montium propter evitandam
periclitationem montium requiritur, ne ergo
quispiam cultorum et laboratorum montium
per evocationem alibi quam ad ius suum mon-
taneum dispendia et damna perciperet, eximi-
mus, absolvimus et perpetuo liberamus omnes et
singulos montanistas, cooperarios, propositores
cultores et laboratores ab omni iuris ditione et po-
testate omnium regni nostri palatinorum, castel-
lanorum, capitaneorum, dignitariorum, ~~Iti~~ iu-
dicum, subiudicum et ceterorum officialium
et ministerialium eorundem, ut coram ipsis
vel ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam
parvis publici furti incendii et membrorum
mutilationis, seu quibusvis aliis enormibus ex-
cessibus civitati minime respondebunt, nec aliquas
penas solvere tenebuntur, sed omnes et singuli
montaniste, cultores et laboratores predicti
et presertim carboniste minerarum, venditores
lignicide, ceterique officiis manualibus qui-
busvis in montanis quomodolibet servientes pro
causis et quibusvis excessibus et signanter
plumbi minere et mineralium debitis coram
Zuppario pro tempore existente aut eius vice Zup-

pario iurato et scabinis iuris montanici per
consules civitatis nostre Ilkusci: predicte consti-
tutis et electis respondere sunt astricti. In
causis autem criminalibus et capitalibus, supe-
rius expressis, Zuppario aut eius vice-zuppario
et scabinis pro tempore existentibus iudicandi,
sententiandi, corrigendi, puniendi, plectendi, con-
demnandi plenam damus et omnimodam teno-
re presentium concedimus facultatem prout
hoc ipsum ius montanicum in omnibus pun-
ctis, articulis, sententiis conditionibus et clau-
dulis postulat et requirit iuribus tamen no-
stris regalibus semper salvis. Etsi cuipiam
cultorum et laboratorum predictorum pronun-
ciationis et declarationibus sententia zupparii,
vice-zupparii et scabinorum predictorum in
aliquo insufficiens et minus iusta videretur,
causam ipsam prosequendam coram consulibus
dicte civitatis nostre Ilkusciensis aliter coram
majestate nostra regia si in reddenda iustitia
fuerint tepidi et remissi, reuocandi et appe-
landi liberam habeant facultatem. Harum,
quibus sigillum nostrum appensum est, testi-
monio litterarum. Actum in Krasny Staw
feria tertia proxima post dominicam Ramis
Palmarum anno domini millesimo quadrin-
gentesimo vigesimo sexto presentibus reveren-
dis magnificisque et strenuis dominis Joanne

Dei gratia episcopo Chelmensi, Ioanne de Tarnow, palatino Cracoviensi, Michaele de Czizow, Sandomiriensi et Demarato de Biecensi, castellanis, Paulo Zlodziey, gladifero Cracoviensi, Marco Roza, magistro coquine regalis. Datum per manus venerabilis Ioannis, decani Cracoviensis, regni Polonie cancellarii nobis sincere dilecti ad relationem venerabilis Ioannis D decani Cracoviensis regni Polonie cancellarii.

obl. 65 pag. 929 (Ar. Kr.)

1431 [12. IV.]
[Wierzbowski, T. 3, nr. 115, Reg.]

Privilegium Vladislai II. regis Poloniae
super octo bancos et duo mensuras salis.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ad laudem omnipotentis Dei et dilatationem nominis sui sancti, attendentesque retributionis divinae et temporalis prosperitatis augmentum, dum ecclesiasticis personis ad laudem Dei deputatis, magnificentiae nostrae dexteram liberaliter impartimur, ut ipsi cultui divino liberalius vacare poterint, et creatoris nostri dexteram, pro nobis nostraque praedecessorum et successorum nostrorum salute suppliciter exorare. Proinde nos Vladislaus Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithvaniaeque princeps supremus, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quomodo sane devotionis specialis zelo accensi, cupientes diem extremi iudicii pietatis operibus praevenire, et praesertim videntes hos consulte agere et salubriter negotiari, qui ex devota liberalitate, pro terrenis coelestia, pro transitoriis perpetua studuerunt comparare. Pro conventu religiosorum virorum canonicorum ordinis s. Augustini ecclesiae corporis Christi in Casimiria, duos bancos grossi, et duas mensuras minuti salis in zuppis nostris Wielicensibus per zupparios nostros, qui pro tunc extiterint, ad singula quaevis quatuor

./.

tempora singulis annis dandum et assignandum, prae-
textu etiam et in vim montium et fodinarum minerae
sulfuris, quae in bonis praedicti conventus, pro usu et
commodo regni nostri coluntur et laborantur, dedimus
donavimus, et assignavimus, inscripsimus, damusque
et donamus inscribimusque praesentibus et largimur
perpetue et in aevum. Quocirca vobis zuppariis, qui
pro tempore extiteritis mandamus, districtius praeci-
pientes, quatenus praefato conventui canonicorum re-
gularium ordinis S. Augustini ecclesiae Corporis Christi
in Casimiria, ad requisitionem praepositi, et ad qui-
tancias ipsius, duos bancos grosi, et duas mensuras
minuti salis, ut praefertur, singulis anni quatuor
temporibus respondere debeatis irrevisae nostrae gra-
tiae sub obtentu harum, quibus sigillum nostrum
est appensum, testimonio literarum. Actum Cracoviae
feria quinta infra conductum solemnitatis Paschae
anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo
primo. Praesentibus reverendis in Christo patribus Al-
berto Dei gratia sanctae Gnesnensis ecclesiae archiepi-
scopo et primate, Sbigneo eadem gratia Episcopo Cra-
coviensi, Magnificisque et strenuis dominis Nicolao
de Michalow castellano et capitaneo Cracoviensi, Petro
Szafraniec Sandomiriensi, Sandivogio de Ostrorog Po-
snaniensi, Joanne de Bresdensi, Jarando
fumi Vladislaviensi palatinis et aliis pluribus fide-
dignis. Datum per manus reverendi in Christo patris
domini Joannis dei gratia episcopi Vladislaviensi
regni Poloniae cancellarii, Venerabilisque Vladislai
de Oppanovo decretorum doctore praepositi Lanciciensi

./. eiusdem regni vicecancellarii, sincere nobis dilecto-
rum. Ad relationem eiusdem reverendi in Christo
patris domini Ioannis episcopi Vladislaviensis
regni Poloniae cancellarii.

[Perlbach]

49

151

Kölner Cop. fol. 38b 39a n. 82.

1431. Mai 9. Ląd.

Abt Johannes von Ląd erneuert das Schulzenprivilegium von Jaroschin.

Copia privilegii de Jaroschino.

In nomine domini amen. Nos frater Johannes abbas totusque conventus monasterii Landensis ordinis Cisterciensis dyocesis Gneznensis recognoscimus tenore presencium quibus expedit universis qualiter constituti coram nobis providi viri videlicet Nicolaus scultetus et Johannes filiaster ipsius in villa nostra Jaroschino supplicantes nobis precibus studiosis, quatenus privilegium ipsorum super eandem sculteciam ex integro renovare dignaremur, ne forte, quod absit, ipsis vel ipsorum posteris aliquod dampnum imposterum exinde posset evenire. Nos vero ipsorum peticionibus inclinati hereditatem nostri monasterii in predicta villa cum sculttecia et quinque mansis liberis iure Theutunico concedimus et donamus prenominato Nicolao sculteto et Johanni et suis posteris ac legittimis successoribus iure hereditario imperpetuum pacifice possidendum. Item thabernam, pistrinum et macellum libere ad suos usus convertenda scultetus predictus et Johannes filiaster ipsius possidebunt. Incole vero hereditatis predicte nobis et monasterio nostro, de quolibet manso sex mensuras siliginis et sex avene ac fertonem denariorem racione census annis singulis in festo beati Martini solvere tenebuntur et eundem censum in annonis predictis propriis vecturis ad monasterium deducent et pecuniam integraliter assignabunt. Et quandocunque pro ordinandis eiusdem monastery negocys quocunque transire nos abbatem aut successores nostros contingerit currum vacuum cum duobus equis de quinque mansis ordinare per circuitum tocius ville de Jaroschyno villani et incole nobis ministrabunt ad viam. Ecciam ad molendinum claustri ad molendum annonas suas deducent villani predicti, item greges monasterii et eorundem villanorum in pascuis hereditatis eiusdem[x] communiter pasci debent ac debebunt. De iudicato autem tercium denarium scultetus cum successoribus suis habebit. Et in colloquiis magnis que fiunt ter in anno nuncius noster presidebit iudicio, cui scultetus unum et vil-

[x] fol. 39a.

lani prandia duo ministrabunt. Et in dubiis causis ius quod dicitur ortil in Lynda civitate seu opido claustri ydem villani querent. Et pro criminalibus causis sive culpis scultetus predictus cum suis scabinis in iudicio dicte hereditatis de Jaroschino iudicatum et ad mortem condempnatum in prefata civitate Lynda seu opido punient pena condigna. Preterea villani supradicti[a] tribus diebus quolibet in anno nobis arabunt. Insuper servicia et honores prout sculteti domini regis et incole hereditatum ipsius ipso domino regi faciunt incole de Jaroschino nobis facere sunt astricti, que quidem iura superius nominata prefato Nicolao et Johanni et suis posteris ac legittimis posteris sive successoribus iure hereditario pacifice perpetuo possidenda presentibus confirmamus. In quorum testimonium et evidenciam pleniorem presentes litteras eis dedimus nostri et conventus nostri sigillorum appensione munitas. Actum et datum in Lynda monasterio nostro predicto in vigilia Ascensionis domini anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo presentibus fratribus nostris Petro priore, Johanne suppriore, Adolpho celerario, Goblino bursario, Wilhelmo portario et aliis fidedignis.

a) davor pre ausg. K.

[Perlbach

50

152

Kölner Cop. fol. 47.[b] n. 100.

1433. Januar 25. Lad.

Abt Johannes von Lad verleiht dem Michael Hynkowych ein Gut in Kowalewo.

Privilegium super allodium in Kowalewo.

In nomine domini amen. Ad roborandam perpetue rei memoriam necessarium est, ut oblivio litteris ritte et racionabiliter confirmetur. Nos igitur frater Johannes abbas monasterii Lendensis ordinis Cysterciensis Gneznensis dyocesis matura ac ex voluntaria deliberacione fratrum nostrorum tociusque conventus nostri consilio vendidimus et per presentes vendimus allodium in Kowalewo ville nostre wlgariter nunccupate cum medio tercio manso ad dictum allodium continentes ita libere uti nos tenuimus Michaeli Hynkowych et suis successoribus legittimis iure hereditario tenendum et possidendum vendendum commutandum alligenandum et ad proprios usus convertendum uti dicto Michaeli ~~et~~ liceret et suis successoribus pro triginta marcis Polonicalis pecunie ita tamen! predictus Michael et sui legittimi successores ad festum sancti Alberti anno quolibet tenentur et debent dare et solvere duas marcas Polonicalis pecunie pro servicio ac serviciis insuper prefatus Michael et successores ~~indicialia~~ iudicialia wlgariter vyechne, pastoralia pastvi̊he debent et tenentur cedere et solvere quemadmodum alii vicini et cmethones ville nostre predicte, dum autem, quod absit, ~~esgit~~ esset (proclamacio et iussio regalis ad expedicionem racione communis boni tunc dictus Michael et sui successores tenentur sub.venire si opus fuerit hiis dacionibus sicut vicini et cmethones ville nostre sepe nominate. In cuius rei testimonium et maiorem firmitatem evidencie sigillum nostrum abbaciale conventusque nostri duximus apponenda. Datum in monasterio Landensi ipso die conversionis beati Pauli anno domini millesimo CCCC° XXX tercio presentibus hiis testibus Petro priore, Joanne subpriore, Goblino seniore, Wilhelmo portario, Fredricho missario, Alberto cellerario et aliis pluribus fidedignis.

Limites regni Polonie et Nove marchie 1433 Nov. 30 descriptae.
Karta papierowa zapisana ręką współczesną. Na stronie zewnętrznej zapisano pniemo późniejszą ręką: Disz sint Uswatczunge der Grenitczen in der Nuwermarke noch der Polan legent und der Stolpener aff dem Tage czum Bzirky aff Andree im XXXIII Jar.

Berlin. Königl. Geh. Staatsarch. Neumark.

Sequuntur granicies regni Polonie antique quas domini Cruciferi et cives de Landisberg occupaverunt alias posyedly ad Novam marchiam inter regnum Polonie ad Antiquam marchiam sitte que sunt versus hanc partem fluvii Notesch que pertinebant ad coronam regni Polonie.
Item scopulus iacet Nadbarweye alias za Konskyey lancze et ad illum scopulum venit granicies Gliszuensis et claustrum cum Walkwald. Et ab eodem scopulo vadit granicies ad flumen quod vocatur Tymyara usque ad fluvium Wlymya quod vadit in Wartham et eciam ubi granicies dicta Kyelczno vadit per quoddam flumen quod est inter Antiquam marchiam et regnum Polonie et transit usque in flumen Wartha et ascendendo sursum medietas dicti fluvii Wartha spectat ad regnum Polonie et alia medietas ad Novam marchiam usque ad illum locum ubi fluvius Notesch intrat Wartham ubi tunc medietas fluvii Notesch cuius alveus fluit et fluebat ab antiquo ab illa parte castri Drdzen spectat ad regnum Polonie et cum castro Drdzen quod iacet in dicto fluvio Notesch et alia medietas dicti fluvii ad Novam marchiam. ascendendo sursum usque ad Przeborowie. A Pezeborowie quod pertinet ad castrum Wyelen usque

ad Wszdworza et a Wszdworza ad locos quorum unus vocatur Ossow et ab Ossow ad scopulum super quo stant due arbores pini et ab hoc scopulo ad Gosdowidal et a Gosdowidal ad scopulum qui est circa viam Choscyenka et ab hoc scopulo ad Schuschicza et a Schuschicza usque ad desertum Wedel et a deserto Wedel ubi cadit Drawa in Notesch medietas Drawe spectat ad regnum Polonie et medietas ad Novam marchiam usque ad lacum qui dicitur Drawsko qui lacus cum castro Draheym spectat ad regnum Polonie. Et a castro Draheim usque ad Landek a Landek incipiendo ubi Debrincza flumen cadit in flumen Gwda tunc dicto fluvio Debrincza sursum ascendendo medietas spectat ad regnum Polonie et medietas ad terram Pomeranie usque ad lacum Qwyeczsko cuius lacus medietas ad regnum Polonie et alia ad Novam marchiam. Et a predicto lacu eodem fluvio Debrincza vel limitibus consuetis prout ibi per prelatos ex utraque parte sunt distincte et limitate usque ad flumen Camyona et a Camyona fluvio usque ad villam Clonowa que villa spectat ad regnum Polonie et a dicta villa usque ad villam Srogzko et a Srogzko usque ad villam Szapanino que spectat ad terram Pomeranie et a Szapanino usque ad villam Cosziekcz domini archiepiscopi et a Cosziekcz recto tramite usque ad fluvium Wysla et eodem fluvio Wyszla sursum transeundo usque ad locum illum ubi fluvius Drwancza cadit in Wyszlam medietas dicti fluvii Wyszle cum castro Nyeschowa et omnibus aliis attinenciis et pertinenciis universis spectat ad regnum Polonie et alia medietas eiusdem fluvii ad Ordinem dominorum Cruciferorum. Et ab illo loco ubi Drwancza cadit in Wyszlam cum medietate molendini Lubicz ascendendo eodem fluvio Drwancza medietas fluminis predicti spectat ad regnum Polonie ita extensa et limitata. . .

1438 [16.XII] 154

[Mat. arch. nr. 103 - Reg.]

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus tercius dei gracia Rex Polonie, Necnon Terrarum Cracouie, Sandomirie, Sira„die, Lancicie, Cujauie, Lithwanie princeps Supremus Pomeranie, Russie„que dominus et heres etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, presentibus et futuris, noticiam (s) habituris, Quomodo recensen„tes et in animo reuoluentes, quanta puritatis affeccione et fidei inte„gre constancia Prelati, Comites, Barones, Milites, Proceres, Nobiles, Bur„genses ceterique subditi et Incole Regni nostri Polonie Spirituales et Seculares personam nostram venerati sunt atque dilexerunt, vt tan„dem defuncto felicis memorie Genitore nostro carissimo, domino Wla„dislao, nos tamquam verum heredem et legittimum successorem ipsis in Regem et dominum voluntatibus concordibus assumpse„runt, sacro quoque Regni dyademate insignierunt: Cum igitur altissimo dirigente votis eorundem Incolarum Regni nostri in no„stram maiestatem deliberate concurrentibus, paternum huius sa„cri Regni Polonie nacti sumus solium, dignum eapropter du„ximus in ipsos Incolas oculos pietatis nostre aperire, et eis hanc, quam actu et opere velud adlethe fideles in nobis exhibuerunt sinceritatis constanciam, gratitudine vbi decet compensare, vnde ex certa nostra sciencia prehabita sufficientissima deliberacione, animo beniuolo et voluntate nostra vltronea, ipsis Prelatis, Co„mitibus, Baronibus, Militibus, Proceribus, Nobilibus, Burgensi„bus, ceterisque subditis et Incolis Regni nostri, cuiuscumque sta„tus existant, Spiritualis vel Secularis, quecque ipsorum Iura, li„bertates ac Emunitates, literas et Priuilegia Ecclesiastica et Secu„laria, que a diue memorie prelibato Genitore ac alijs Regibus, Principibus, Ducibus et dominis, predecessoribus nostris, Regni Polonie veris et legittimis heredibus super quibuscumque bonis et li„bertatibus habere dinoscuntur et habent, sub quibuscumque datis in vita sua rite et juste emanatas, libertates et emunitates Spi„rituales et Seculares in se continentes, et quas hic volumus habere pro insertis, in omnibus earum punctis, porcionibus, articulis et clausulis vniuersis ratificamus, innouamus, gratificamus, appro„bamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Decernentes ipsa robur obtinere perpetue firmitatis. Promittimus insuper in verbo nostro regio presentibus et spondemus eadem ipsorum Iura, liber„tates, emunitates, literas et priuilegia per omnia rata atque grata habere et inconcussa jugiter et inviolabiliter perpetue obseruare ac eis satisfaccere cum effectu. Harum quibus Sigillum nostre ma„iestatis est appensum testimonio literarum. Actum in Opido Pyotr„

wp

?

kow in parlamento generali feria Tercia proxima post festum sancte Lucie virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo octavo, presentibus ibidem: Reuerendissimo ac Reuerendis patribus dominis, Vincencio sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopo et primate, Sbigneo Cracouiensi, Wladislao Wladislauiensi Episcopis, et Andrea de Bnyno Electo confirmato Ecclesie Poznaniensis, ac Magnificis Nobilibus et Strenuis viris Iohanne de Czisszow Cracouiensi, Iohanne de Tanczin Sandomiriensi, Martino de Slawsko Calisiensi, Alberto Malski Lanciciensi, Iohanne de Lichin Brestensi, Iarando de Grabie Iuniwladislauiensi et petro Odrowansch de Sprowa Leopoliensi palatinis, Dobrogostio de Schamotuli Poznaniensi, Dobeslao de Senno Sandomiriensi, Laurencio Zaramba Siradiensi, Mathia de Byelawi Lanciciensi, Nicolao de Warzymow Brestensi, Clemente Wanszropka de Strzelcze Wyznicensi, Nicolao Slup Dobrinensi, Spithcone de Melsten Beccensi, przedpelcone de Copidlowo Landensi, Warsio de Ostrow Zawichostensi, przedborio de Coneczpole Rospergensi, Paulo de Biscupicze Malogostiensi, Stephano de Opporow Brzesinensi, Dobrogostio de Colno Camenensi, Iacobo przedkora Czechouiensi, Iohanne de Grabie Spiczmiriensi Castellanis, Iohanne de Oleschnicza Marsalco et Andrea de Lubino Thezaurario Regni Polonie, Stanislao de Ostrorog Poznaniensi, Crzeczslao de Grzybow Sandomiriensi, Iohanne de Schczekoczini Lublinensi, petro Schczkowsky Wladislauiensi, petro de Dzalyn Dobrinensi, Senkone de Sennow premisliensi Succamerarijs, Marcissio de Wroczimow Cracouiensi, Nicolao Stanka Sandomiriensi, petro de Opporow Lanciciensi, Nicolao de Cosczelecz Wladislauiensi vexilliferis et alijs pluribus dignitarijs, Militibus et Nobilibus, testibus circa premissa. Datum per manus Magnifici ac Generosi virorum Iohannis de Coneczpole Cancellarij et petri woda de Schczekoczini vicecancellarij Regni Polonie sincere nobis dilectorum

Ad relacionem eiusdem Magnifici Iohannis de Coneczpole Regni Polonie Cancellarij.

Oryginał pargaminowy. Pieczęć oderwana, dziurki tylko świadczą którędy sznurki od pieczęci były przeciągnięte.

Ar. m. Krak.

[Mat. arch. nr. 103. Reg.]

1438. [16. XII]

In Nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus tercius dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Lithwanie princeps supremus, pomeranie Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris: Quomodo recensentes et animo revolventes, quanta puritatis affectione et fidei integre constancia, prelati, Comites, Barones, Milites, Proceres, Nobiles, Burgenses, ceterique subditi et incole regni nostri Spirituales et seculares, personam nostram venerati sunt atque dilexerunt, ut tandem defuncto felicis memorie genitore nostro, ~~charissimo~~ charissimo, domino Wladislao, nos tanquam verum heredem et legitimum successorem, ipsi in Regem et dominum voluntatibus concordibus assumpserunt, sacro quoque Regni diademate insignierunt. Cum igitur altissimo dirigente, votis eorundem incolarum Regni nostri, in nostram maiestatem deliberate concurrentibus, paternum huius sacri Regni Polonie nacti sumus solium, dignum eapropter duximus, in ipsos incolas oculos pietatis nostre aperire, et eis hanc, quam actu et opere, velut atlete fideles in nobis exhibuerunt, sinceritatis constanciam, gratitudine uti decet compensare. Unde ex certa nostra sciencia, sufficientissima deliberacione prehabita, animo benivolo et voluntate nostra ultronea, ipsis prelatis, Comitibus, Baronibus, militibus, proceribus, nobilibus, Burgensibus, ceterisque subditis et incolis regni nostri, cuiuscunque status existant, Spiritualis vel secularis, queque ipsorum iura, libertates ac immunitates, litteras et privilegia Ecclesiastica et secularia, que a dive memorie prelibato genitore, ac aliis regibus, principibus, ducibus et dominis predecessoribus nostris, Regni Polonie veris et legitimis heredibus, super quibuscunque bonis et libertatibus habere dinoscuntur et habent, sub quibuscunque datis, in vita sua rite et iuste emanatas, libertates et immunitates spirituales et seculares in se continentes, et quas hic habere volumus pro insertis, in omnibus earum punctis, porcionibus, condicionibus, articulis et clausulis universis, ratificamus, innovamus, gratificamus, approbamus, et presentis scripti patrocinio confirmamus; decernentes ipsa robur obtinere perpetue firmitatis. Promittimus insuper in verbo nostro regio, presentibus et spondemus, eadem ipsorum iura, libertates, immunitates, literas et privilegia, per omnia rata atque grata habere, et inconcusse iugiter et inviolabiliter perpetue observare, ac eis satisfacere cum effectu. Harum quibus sigillum nostre maiestatis est appensum testimonio literarum. Actum in oppido Piotrcow in parlamento generali, feria tercia proxima post festum Sancte Lucie virginis. Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo, presentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis patribus dominis Vincencio Sancte Gnesnensis Ecclie Archiepo et primate, Sbigneo Cracoviensi, Wladislao Wladislaviensi Epis et Andrea de Boyno electo confirmato Ecclie posnaniensis, et Magnificis Nobilibus et strenuis viris, Ioanne de Czizsow Cracoviensi, Joanne de Thanczin Sandomiriensi, Martino de Slawsko Calisiensi, Alberto Malski Lanciciensi, Ioanne de Lichin Brzestensi, Jarando de Grabie Iuniovladislaviensi, et Petro Odrowansch de Sprowa Leopoliensi, palatinis. Dobrogostio de Schamotuli posnaniensi, Dobeslao de Szenno Sandomiriensi, Laurencio Saramba Siradiensi, Mathia ex Bielawi Lanciciensi, Nicolao de Warzimow Brestensi, Clemente Vantrobka de Strzelce Voynicienisi. Nicolao Slup Dobrinensi, Spithone de Mjelsthin Biecensi, przedpelcone de Copidlow Landensi,

varschio de Ostrow Zawichostensi, przedborio de Conyecpole Rosperiensi, Paulo de Biskupicze Malogostiensi, Stephano de Opporow Brzezinensi, Dobrogostio de Colno Caminensi, Jacobo Przekora Czechoviensi, Joanne de Grabie Spicimiriensi, Castellanis. Joanne de Oleschnycza Marschalco, Andrea de Lubyno Tesaurario Regni poloniae, Stanislao de Ostrorog Poznaniensi, Orzeslao de Grzibow Sandomiriensi, Joanne de Szczekocin Liblinensi, petro Szczkowski Wladislaviensi, petro de Dzalin Dobrinensi, Szczeffone de Szennow premisliensi Succamerariis. Marcissio de Wroczimow Cracoviensi, Nicolao Slanka Sandomiriensi, petro de Opporow Lanciciensi, Nicolao de Coscielecz Wladislaviensi vexilliferis, et aliis pluribus dignitariis, militibus et Nobilibus testibus circa premissa. Datum per manus magnifici ac Generosi virorum Joannis de Conyecpole Cancellarii, et petri Woda de Szczekocini vicecancellarii Regni poloniae sincere nobis dilectorum. Ad relacionem eiusdem Magnifici Joannis de Conyecpole Regni poloniae Cancellarii. —

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso. 28.)

Coll.

49

156

[Mat. arch. wr. 103. Reg.]

1438. 16/12.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wadislaus Tercius deigracia Rex Polonie, Necnon Terrarum Cracowie, Sandomirie, Siradie, Lanciciensis, Cujawie Litwanieque Princeps Supremus, Pomeranie Russieque dominus et Heres etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis presentibus et futuris, presenciam noticiam habituris. Quomodo recensentes et in animo reuoluentes, quanta puritatis affeccione et fidei integre constancia, Prelati, Comites, Barones, Milites, Proceres, Nobiles, Burgenses ceterique subditi et Incole Regni nostri Spirituales et Seculares, personam nostram venerati sunt atque dilexerunt, vt tandem defuncto felicis memorie Genitore nostro carissimo domino Wadislao, Nos tanquam verum heredem et legitimum successorem, ipsis in Regem et dominum voluntatibus concordibus assumpserint, Sacro quoque Regni dijademate insignierunt; Cum igitur, altissimo dirigente, votis eorumdem Incolarum Regni nostri in nostram maiestatem deliberate concurrentibus, paternum huius sacri Regni Polonie nacti sumus solium, dignum exproptер duximus, in ipsos Incolas oculos pietatis nostre apperire, et eis hanc, quam actu et opere velud adlete fideles in nobis exhibuerunt, sinceritatis constanciam, gratitudine, vti decet, compensare. Vnde ex certa nostra sciencia prehabita sufficientissima deliberacione, animo beniuolo et voluntate nostra vltronea, Ipsis Prelatis, Comittibus, Baronibus, Militibus, Proceribus, Nobilibus, Burgensibus, ceterisque Subditis et Incolis Regni nostri, cuiuscunque status existant, Spiritualis vel secularis, queque ipsorum Iura, libertates, ac emunitates, litteras et Priuilegia Ecclesiastica et Secularia, que a diue memorie prelibato Genitore ac alijs Regibus, Principibus, Ducibus et dominis predecessoribus nostris, Regni Polonie veris et legitimis heredibus, super quibuscunque bonis et liberta^ta^tibus (sic) habere dinoscuntur, et habent super quibuscunque datis in vita sua, rite et iuste emanatas, libertates et emunitates Spirituales et Seculares in se continentes, et quas hic volumus habere pro insertis, In omnibus earum punctis, posicionibus, condicionibus, Articulis, et clausulis vniuersis, ratificamus, innouamus, gratificamus, approbamus, et presentes scripti patrocinio confirmamus: decernentes ipsa robur obtinere perpetue firmitatis. Promittimus insuper in verbo nostro Regio presentibus et spondemus, eadem ipsorum Iura, libertates, emunitates, litteras et priuilegia, peromnia (sic) rata atque grata habere, et inconcussa iugiter et inuiolabiliter perpetue obseruare, ac eis satisfacere cum effectu. Harum, quibus Sigillum nostre maiestatis est appensum testimonio literarum. Actum in

Paulo de Byscupicze Malogostensi, Stephano de Opporow Brzezinensi,

oppido Pyotrkow in Parlamento generali, feria Tercia proxima post sancte Lucie virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo octavo. Presentibus ibidem Reuerendissimo et Reuerendis patribus, domino Vincencio Sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopo et Primate, Sbigneo Cracowiensi, Wladislao Wladislawiensi Episcopis, et Andrea de Bnijn Electo, Confirmato Ecclesie Poznaniensis, ac Magnificis, et Nobilibus et Strenuis viris Johanne de Czizow Cracowiensi, Martino de Slawsko Calisiensi, Johanne de Thanczin Sandomiriensi, Alberto Malskj Lanciciensi, Johanne de Lithin /Lichin ?/ Brzestensi, Ferando de Grabye Juniwladislawiensi et Petro Odrowansch de Sprowa Leopolviensi, Palatinis; Dobrogostio de Schamotuli Poznaniensi, Dobeslao de Senno Sandomiriensi, Laurencio Zaramba Siradiensi, Mathia de Byelawi Lanciciensi, Nicolao de Warzimow Brzestensi. Clemente Wantrobka de Strzelcze Woynycensi, Nicolao Slup Dobrinensi, Spitkone de Melschtin Beczensi, Przedpelkone de Copidlow Landensi, Warsio de Ostrow Zawichostensi, Przedborio de Conyeczpole Rosperigensi, Dobrogostio de Colno Camensi /sic/, Jacobo Przecora Czechowiensi. Johanne de Grabye Spiczimyriensi, Castellanis; Johanne de Oleschnycza, Andrea de Lubino Thezaurario Regni Polonie, Stanislao de Ostrorog Poznaniensi. Oczeslao de Grzibow Sandomiriensi, Johanne de Szczecoczini lublinensi, Petro Szczekowskj Wladislawiensi, Petro de Dzalin Dobrinensi, Senkone de Sennow Przemisliensi Succamerarijs. Marcisslao de Wroczimow Cracowiensi, Nicolao Stanka Sandomiriensi, Petro de Opporow Lanciciensi, Nicolao de Coszczelecz Wladislawiensi vexiliferis, Et alijs pluribus Dignitarys, Militibus et Nobilibus testibus circa premissa. Datum per manus Magnifici et Generosi virorum Johannis de Conyeczpole Cancellarij et Petri Woda vicecancellarij Regni Polonie sincere nobis dilectorum. ——

Ad Relacionem eiusdem Magnifici Johannis de Conyeczpole Regni Polonie Cancellarij.

Z oryginału pergaminowego do Magistr. Sądeck. należącego, u którego w środku wisi wielka maiestatyczna pieczęć woskowa koloru naturalnego na iedwabnym trikolorowym /: biało-, czerwono-, czarnym :/ sznurku. Ze strony celnej pieczęć wyobraża Króla na tronie pod baldakimem siedzącego, poza którym tronem po bokach osóbki bądź też aniołki są widoczne. Król długowłosy i brodaty w koronie, z berłem wzniesionym w prawicy, a z iabłkiem państwa w lewicy na piersiach, okryty płaszczem królewskim aż do kostek fałdującym

się, w środku tylko rozwartym i tunikę /dość opiętą/ widzieć dającym.
Wokoło króla z tronu na sześciu tarczach przez aniołków z góry trzymanych widoczne są herby:

1° Orzeł korony Polskiej, a zarazem i Ziemi Krakowskiej;
2° Pogoń Litewska;
3° Bawola głowa Ziemi Kaliskiej;
4° Belki i gwiazdy Ziemi Sandomirskiej;
5° Połorłę i połlwa Ziemi Sieradzkiej, Łęczyckiej, Kujawskiej;
6° Głowa koronowana starca, Ziemi Dobrzyńskiej;

Na tarczy siódmej pod stopami Króla lew Ziemi Ruskiej.

Napis około między obwódkami:

" ~~wladislaus tercius dei gracia~~
" wladislaus· tercius· dei· gra· rex· polonie· nn̄ .... s̄adom̄ie·
" syradie· lācie· cuyavie· litwanie· p̄nceps· sup̄m̄s· pom.....
" · ussieq· dn̄s· et· heres +"

Na odwrotnej stronie pieczęci jako kontrasigillum głęboko jest wciśnięty znak sygnetu królewskiego w małej kolistej obwódce wykazujący kwadrowaną tarczę, w której wszystkie idące herby orła koronnego i pogoni litewskiej. —

1441.
[Rykaczewski, s. 257. Reg.]

Anno 1441, die 3a Februarii in Strzygłów, Wladislaus, rex Poloniae, Hungariae etc., magnificum Petrum Odrowąż, palatinum Leopoliensem etc., de LXta marcis, quas pro venerabili Johanne de Sprowa, canonico Gueznensi, secretario regali, eidem Petro ipse rex intercessit, nunc volens reddere certiorem, sibi Petro Odrowąż easdem LXta marcas super castro Sambor ac villis ad idem spectantibus, inscribit.

Wladislaus, dei gracia, Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc., rex, Lithwanieque princeps suppremus (s.) et heres Russie etc., significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo volentes Magnificum Petrum Odrowansch, Pallatinum Leopoliensem et capitaneum Samboriensem[1], nobis sincere dilectum, de sexaginta marcis currentis monete et numeri polonicalium, videlicet in marcam quamlibet quadraginta octo grossos computando, quas pro venerabili Johanne de Sprowa[2], canonico Gneznensi, secretario nostro dilecto, racione serviciorum suorum, nobis grate impensarum, intercessimus facere cerciorem, sibi atque suis liberis in et super castro nostro, Sambor[1], necnon opidis et villis ad idem spectantibus, inscribimus et demonstramus prefatas sexaginta marcas, tenore presencium mediante, per

ipsum et suos liberos cum omnibus vtilitatibus, fructibus, censibus et obuencionibus vniuersis, tenendum, habendum, vtifruendum et pacifice possidendum, vsque sibi et suis liberis prefate sexaginta marce ex integro per nos, uel successores nostros persoluantur. Quibus exsolutis, dictorum castri et opidorum, ac villarum posessio, ad nos deueniat pleno jure; juribus et stacionibus nostris regalibus semper saluis. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Strigomj[3)] feria sexta, ipso die sancti Blasij, anno domini millesimo quadringentesimo XIXX° primo.-

Ad relacionem Venerabilis Siluestri, prepositi Scarbimiriensis.[4)]-

Dokument oryginalny pergaminowy, nieźle zachowany. Został on swego czasu skasowany w sposób urzędowy, o czym świadczą dwa w górze dokumentu dokonane nacięcia wgłąb tekstu.- Pieczęci brak; pozostał po niej pasek pergaminowy we właściwym miejscu. Na prawej zewnętrznej

stronie ~~dolnej~~ pliki widnieje napis z wieku XV-go „Lectum per Albertum de Zichlin[5)], R. P. Vicecancellarium." Po lewej stronie pliki: „Recepta".– Na odwrotnej stronie dokumentu obok późniejszych notatek o jego treści i dacie, oraz sygnatur, istnieje notatka: „Inscripcio sexaginta marcarum in Sambor[1)] et villis spectantibus ad dictum ....." z wieku XV. Sig: 126.

1.) Sambor, miasto pow. w Galicji.

2.) Sprowa, gub. kielecka, gm. Włoszczowski, par. Goleniowy.

3.) Strzygłów (Striegau) miasto. pow. w Regencji Wrocławskiej na Śląsku Pruskim.

4.) Skalmierz, os. par. i miejska w gub. kieleckiej, pow. Pińczowskim.–

5.) Zychlin, os. par. w gub. Warszawskiej. pow. kutnowskim.–

1442. 29/8. Collatum 160

[Rykaczewski, s. 257, Reg.]

? Anno 1442, die 29 Augusti in campo ante Hatwan, Wladislaus rex Poloniae et Hungariae, fidelia servitia Dobeslao de Sprowa compensans, eidem quinquaginta marcas super villis regalibus Mistkowice, Zawiszowice et Nowawieś, confert, inscribit et donat.—

Wladislaus, dei gracia, Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc., rex Lithwanieque princeps supremus et heres Russie, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo propter grata et accepta fidelium obsequiorum merita, per nobilem Dobeslaum de Sprowa[1], alias de Zirauicza[2], in hoc regno nostro Hungarie, nobis operose exhibita, sibi in et super villis nostris Myestkowicze[3], Zauischewicze[4] et Nowawiesz[5] in Premisliensi et Samboriensi districtibus sitis, quinquaginta marcas monete et numeri polonicalium communium, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, inscribimus, assignamus, damus, donamus et largimur graciose, per ipsum Dobeslaum et suos legittimos successores, habendis, tenendis, utifruendis et pacifice ac quiete possidendis cum omnibus et singulis pre-

dictarum villarum vtilitatibus, fructibus, censibus, reddetibus, prouentibus, agris, pratis, siluis, borris, gaijs, nemoribus, mericis, fluuijs, fluminibus, lacubus, piscinis, stagnis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, emolimentis, mellificijs, venacionibus alijsque obvencionibus et pertinencijs vniuersis tamdiu, quousque per nos, aut nostros legittimos successores, sibi, aut suis successoribus legittimis, prefate quinquaginta marce monete et numeri premissorum, integraliter et ex toto fuerint persolute. Quo facto, possessio villarum predictarum ad nos et ad nostros legittimos successores, reuertetur pleno iure, stacionibus tamen et juribus nostris regalibus, semper saluis. Harum, quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in campo ante opidum Othwan[6.)], feria quarta ipso die decollacionis sancti Johannis Baptiste, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.-

Ad relacionem magnifici Petri Odrowasch de Sprowa[1.)], palatini Leopoliensis.-

Dokument oryginalny pergaminowy, znacznie przez wilgoć uszkodzony. Został on swego czasu w sposób urzędowy skasowany, o czym trzy przecięcia w górze dokumentu świadczą. Pieczęci brak; pozostało po niej nacięcie, o istnieniu paska pergaminowego świadczące. Na stronie zewnętrznej dolnego marginesu widnieje napis: Lecta anno etc. (sc. MCCCC°) sexagesimo nono, dominica Reminiscere (sc. die 26. Februarii) in Leopoli per Albertum de Zichlin 7.) R. P. Vicecancellarium. – Na odwrotnej stronie dokumentu obok późniejszych notatek o jego treści, istnieje jedna z wieku XV-go jeszcze: Nyestkowycze et alie ville in districtu Samboriensi. – Sig: 97.

1.) Sprowa, gub. Kielecka, pt. Włoszczowski, par. Goleniowy. –

2.) Nieznana dziś nomenklatura całości, czy części Sprowy.

3.) Mistkowice, dawniej Niestkowice w Galicji, pt. Samborski, par. Łanowice.

4.) Miejscowość dziś nie istniejąca. –

5.) Nowawieś w Galicji, pt. Krośnieński, par. Jasionka, wchodzi w skład klucza Cergowa, należącego dziś do kapituły Przemyskiej.

?

6.) Hatvan, mko. na Węgrzech, Komitat Heweski, nad r. Matrą.

7.) Żychlin, gub. Kaliska, pt. Koniński, par. Stare miasto. –

1443, dnica post Nativit dni, in Teschin. N. Inw. 360. 162

[29.XII.]

[Dzieduszycki, T.2, nr. 7.]

Nos Wenceslaus et Boleslaus dei gracia duces Thessnenses
etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presen-
tibus et futuris, Quod summo satagentes desiderio vendicionem, In-
scripcionem et resignacionem Ducatus et Terre nostre Seweriensis,
Reuerendissimo patri et Domino, Domino Sbigneo dei gracia Episco-
po et sue Ecclesie Cracouiensi per nos Ducem Wenceslaum predic-
tum titulo perpetue et irreuocabilis vendicionis, inscripcionis et
resignacionis cum omnibus et singulis eiusdem Terre Castris, Ciui-
tatibus, Opidis, villis, Theoloneis, Iure quoque Ducali, quo soli
eam tenuimus, factam, robur optinere perpetue firmitatis, pro-
mittimus, policemur et spondemus circa fidem et honorem, sine
dolo et fraude verbo nostro Ducali et Catholico in ampliorem
prefate vendicionis, resignacionis, inscripcionis et contractus no-
stri cautelam, Quod Inscripcionem, vendicionem et resignacionem
prefati Ducatus et Terre Seweriensis dicto Reuerendissimo patri
domino Sbigneo Episcopo et sue Ecclesie Cracouiensi aut eius Suc-
cessoribus Episcopis Cracouiensibus per nos factam, cum omni-
bus et singulis Condicionibus, clausulis atque punctis coram Sere-
nissimo Principe Domino Bohemie Rege, quamprimum ad id
se obtulerit facultas, nostrisque expensis et impensis nos Wence-
slaus Dux predictus faciemus, quod si interim vita functi fue-
rimus, Extunc nos Boleslaus ipsam recognicionem facere tenebi-
mur, recognoscemus et profitebimur, Dictique Ducatus et Terre Se-
weriensis coram eodem domino Rege Bohemie faciemus realem
et actualem perpetuamque Ipsi Reuerendissimo patri domino Sbi-
gneo et sue Ecclesie Cracouiensi aut suis successoribus Episcopis
Cracouiensibus resignacionem, si et inquantum huiusmodi reco-
gnicio est de more et de Iure. Quamquidem resignacionem si
morte aut aliqua alia causa presenti viue vocis oraculo coram
prefato domino Rege Bohemie facere neglexerimus, eam tamen
presentibus nostris publicis et patentibus literis facimus, exprimi-
mus, recognoscimus, profitemur et pronunciamus. Item promitti-

mus bona fide, quod amplius et deccetero in detrimentum et lesu-
ram Iuris ducalis, quod prefatus Reuerendissimus pater dominus
Episcopus Sbigneus et sua Ecclesia Cracouiensis in dicto Ducatu
Seviriensi habere dinoscuntur, nullas literas, priuilegia aut
munimenta, libertates aliquas aut relaxaciones onerum aut tri-
butorum sui Ducalis phisci sub quacumque data concedemus
aut largiemur; Quod si astucia vel fallacia hominis improbi
alique litere sub nostro titulo vel Sigillo fabricate fuerint, Illas
pronunciamus viciosas et suspectas. In cuius rei testimonium
Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum
Teschin dominica post Natiuitatis christi, Anno eiusdem
Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo tercio. presentibus
ibidem Nobilibus, Strennuis et Famosis fidelibus nostris dilec-
tis: domino Nicolao de Dambowyecz marschalico, Paschone
de Ochab, Capitaneo Teschnen. Iohanne Sobkonis de Roppicz,
Nicolao Czolonc de Czechowicz, Andrea de Ogrodzona, Ma-
chny de Blandowicz, Crzistkone de Zementicz, Nicolao de
Mischkowicz Notario nostro, qui presencia habuit in commis-
so et alijs quampluribus fidedignis.

163

[1443. 29. XII.]

(1443)

[Dzieduszycki, T. 2, nr. 8.]

Venceslaus dei gratia dux Theszynensis etc significamus tenore praesentium quibus expedit universis, recognoscimus et fatemur, quod volentes ardentique flagrantes desiderio ut reverendissimus in Christo pater dominus Sbigneus, dei gratia episcopus suaque ecclesia Cracoviensis successoresque sui episcopi Cracovienses terram ducatumque Severiensem, nos et personam nostram jure successionis paternae et sortis justae contingentem nulli servituti obnoxiam, quam praefato reverendissimo patri domino Sbigneo episcopo suaeque ecclesiae et omnibus successoribus ejus episcopis Cracoviensis jure et titulo perpetuo et irrevocabilis venditionis vendidimus et resignavimus, nihil juris, tituli dominii aut proprietatis nobis et nostris successoribus in eadem reservando, pacifice et quiete possideant, occasioneque limitum

et graniciarum, quibus eadem terra et ducatus Severiensis est in suis gradibus et terminis distincta, ipse dominus Sbigneus episcopus et sua ecclesia Cracoviensis pro futuris temporibus non habeat inquietationes et impedimenta, terraque praedicta in suis praedictis limitibus non recipiat diminutionem aut detrimentum praefatam terram et ducatum Severiensem, signis, terminis et gradibus infrascriptis quasi quibusdam cancellis, quibus nos eam nostrique antecessores et terrigenae in eadem existentes ab antiquo tenuerant, habuerant et pacifice possederunt, duximus declarandam et destinguendam. In primis itaque fatemur et recognoscimus quod terra praedicta et ducatus Severiensis circa oppidum Mysłowice, ubi fluvius Brynnica intrat ~~Przymsam~~ Przemszam, incipiens, vadit et currit circa fluvium

praedictum Brynnica superius ascendendo fluvium praedictum Brynnica usque ad stratam publicam quae ducit in Cynkow, remittendo fluvium Brynnica a parte dextra in terra Severiensi, et ab inde via seu strata usque ad scopulum, et a scopulo uno usque ad duos scopulos, et deinde a duobus scopulis usque ad flumen Malpudew, a flumine autem praedicto Malpudew usque ad sylvam Jawor et a sylva praedicta Jawor directiore via eundo usque ad scopulum magnum in eadem sylva existentem, et ab inde usque ad scopulum qui vocatur Pieniądz et a scopulo praedicto Pieniądz directe eundo usque ad fluvium Kamienica, et deinde a fluvio Kamienica usque ad fluvium Warta, et a Warta fluvio usque ad flumen Ciszowka, et deinde a flumine Ciszowka usque ad Ciszowa-Studnia et ab inde directe usque ad flumen Niweczka, et flumine Niweczka usque ad rivulum Nidzica, et flumine Nidzica usque ad

aquam

frigidam Zimna-Wodka, et ab inde di-
te ad angulum Ciszkonis et ab angulo
praedicto ad Dambek, et abinde usque
ad Kosza, et ab Kosza usque ad lapidem
Dupny et a lapide Dupny usque ad magn.
vallum et a magno vallo usque ad Trzebi-
ka fluvium, deinde Trzebiczka flumine
usque ad Trzemszam nigrum fluvium
et nigro Trzemsza usque ad fluvium Bi-
nica, ubi caput et originem dicti lim
tes acceperant. Quidquid autem intr
flumina et signa praedicta situm et
positum est, id Severiensem terram et du-
tum dicimus, nominamus et affirma
mus et iuxta flumina et signa praedic
nos et antecessores nostri terrigenaeq
terrae praedictae Severiensis tenuim
et habuimus terram et ducatum # p
dictum Severiensem # distinctam et ex
clusam ipsi reverendissimo patri a
mino Sbigneo episcopo et suae ecc
siae suisque successoribus episco

et praemissis gradibus et limitibus terram praedictam Severiensem

Cracoviensis vendidimus et resignavimus, de quibus omnibus in signum majoris firmitatis fidem facimus per praesentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum in Theszyn die dominico proximo post festum Nativitatis Christi, anno nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio. Praesentibus praeclaris principibus et dominis Przemkone et Boleslao ducibus Theszynensibus, germanis nostris carissimis, strenuis et nobilibus viris Mikolai Kiszkone de Temenczyc, Ioanne Mirzowski, et Stanislao de Bora, Iacobo notario nostro qui praedicta habuit in comisso. L. S.

Arch: Zbigniew Oleśnicki, Tom. II. in Aufang fol. XIV, Nº. VIII.

1443 [30. XII.]

Aus: Zbigniew Oleśnicki Tom. II. in Anfang fol. XV. Nr. XI.

166

[Dzieduszycki, T. 2, nr. 9.]

In nomine domini. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Exigit humanorum actuum debilis conditio ut mortalium gesta celebri et perpetua memoria semper digna, ne temporum decursu tradita oblivioni vacillent, aut in dubium quomodolibet revocentur et ambiguitatis discrimen in posterum pati possint, et signanter emptionum et venditionum contractus per principes et maiores, quorum gloria posteris prout lumen est relinquenda, quomodolibet factos et initos continentes, literarum et testium munimine roborari: proinde nos Venceslaus dei gratia dux Theschinensis et dominus ducatus et terrae Severiensis, significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris publiceque recognoscimus et fatemur, qualiter matura deliberatione cum baronibus et consiliariis nostris praehabita, etiam in optima valetudine constituti, nullo dolo, fraude aut ingenio seducti, neque per errorem aut improvide, sed de mera nostra ac spontanea voluntate ducatum nostrum et terram Scheveriensem, qui portione paterna nobis obvenit, nulla servitute aut tributo alicui obnoxium, reverendissimo in Christo patri et domino domino Sbigneo dei gratia episcopo et sancte ecclesie Cracoviensi praedicte, quo sex

millibus marcarum latorum grossorum Bohemicalium bonorum numeri polonicalis, quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam computando vendidimus, presentiumque tenore vendimus et venditione perpetua prefato reverendissimo in Ch. patri domino Sbigneo et sue ecclesie Cracoviensi cedimus, resignamus et inscribimus cum omnibus et singulis dicti ducatus et terre castris, fortalitiis, civitatibus, oppidis, villis, theloniis, censibus proventibus, utilitatibus, fructibus, servitiis, homagiis, allodiis, exactionibus, decimis manipularibus et pecunialibus, collationibus, jure patronatus, culpis, emendis, piscinis, molendinis, lacubus, agris, pratis, sylvis, borris, venationibus, occupationibus, mellificiis, pascuis, rubetis, mericis, fluviis torrentibus, aquarumque quibuslibet decursibus, montibus, fabricis, ferrifodinis, plumbifodinis, auri, argenti, aeris et cuiuslibet metalli fodinis, monetis, iudiciis, bannis seu inhibitionibus venationum et poenis inde sequentibus consuetudine vel de jure, utilitatibus, honoribus, conventionibus, honorariis, feudis, feudatariis, vasallis, vasallariis, rusticis et plebeis hominibusque

que habitantibus et habitaturis, cum potestate ibi mercata publica et nundinas celebrari faciendi, dacia, pedagia, gabellas, et omnia alia onera realia et personalia, ordinaria, ~~et~~ extraordinaria atque mixta, quorumcumque nomine nuncupentur imponendi, exigendi et exigi faciendi, cum mero et mixto dominio supremo et infimo omnimodo iurisdictione, plena gladii potestate et exercitiis eorundem, atque cum universis aliis utilitatibus quae ibi hactenus sunt vel in posterum hominum industria fieri potuerunt, quibuscumque nominibus aut cognominibus vel vocabulis nuncupentur, prout idem ~~et~~ ducatus et terra longe, late et circumferentialiter ~~et~~ in basso et plano in suis gradibus, limitibus et terminis est distinctus, cum omni iure ducali dominioque mero et mixto, supremo et infimo, titulo et proprietate prout eandem terram et ducatum nos et nostri predecessores tenuerunt et habuerunt, nihil nobis aut nostris successoribus cuiuscunque dominii, iuris, feudi, superioritatis, proprietatis aut memorie in eodem quomodolibet reservando, per ipsum dominum Sbigneum episcopum et suam ecclesiam Cracoviensem suosque successores episcopos Cracovienses habendum

tenendum, possidendum et ad usus suos beneplacitos convertendum. Renunciantes publice et per expressum omni iuri, titulo feudo, dominio et proprietati quod hactenus illic habuimus et progenitores nostri antecessoresque habuerunt pure, simpliciter et sine aliqua conditione, ius, titulum, dominium, proprietatem atque feudum dicti ducatus et terre Scheveriensis eidem reverendiss.imo patri domino Sbigneo episcopo et sue ecclesie Cracoviensi reliquentes, absolventes, omnes et singulos barones, nobiles scultetos, cives, oppidanos, et cmethones et incolas quocumque nomine censeantur, aut quacumque dignitate prefulgeant prefati ducatus et terre Scheveriensis a nostra obedientia et feudo, iuramento et fidelitate et obligatione, eosdemque barones et nobiles, scultetos, cives, oppidanos, et chmetones et incolas ~~quocumque nomine censeantur, aut quacumque dignitate prefulgeant prefati ducatus et terrae~~ Scheveriensis a nostra obedientia et feudo, iuramento et fidelitate et obligatione, eosdemque barones et nobiles, scultetos, cives oppidanos, chmetones et incolas

in obedientiam, feudum et fidelitatem predicti reverendissimi patris domini Sbignei episcopi et suae ecclesiae Cracoviensi subjicimus et subponimus per presentes. Et ne in posterum dubitari quomodolibet possit quo iure, titulo et conditione castra, civitates, oppida atque villae in dicto ducatu et terra Sieveriensi consistentes per nos eidem reverendissimo in Christo patri domino Sbigneo episcopo et suae ecclesiae Cracoviensi venditae, resignatae et subiectae sunt, conditionum earum pro futura memoria ducimus presentibus exprimendam.

Inprimis quidem fatemur quod castrum principale ducatus et terrae praedictae Sieywior, cum duobus oppidis: Sieywior et Czeladz, item quatuor theloneis in Czeladz in Sieywior, in Warazni et in Zandek, semptem quoque villis: Gołuchowice, Łagysska, Komorne, Woykowice, Zandek, Rzewnisskow, Nowawies et Strzeżowice, sunt esseque debent de mera proprietate titulo atque dominio prefati domini episcopi et suae ecclesiae Cracoviensis. Cum tamen prefatum castrum, oppida, thelonea atque villae nulli alteri nisi nobis fuerant censuales et

obnoxie et subiecte, prefatus etiam dominus episcopus, cum omnibus eorum pertinentiis, appendiis et emolumentis ea possidebit. Item fatemur et recognoscimus quod eidem reverendiss[imo] patri et domino Sbigneo episcopo et sue ecclesie Crocoviensis decimas manipulares cuiuslibet grani post araturas omnium et singulorum chmetonum in octo villis videlicet: in Dąmbie, Golaszka, Strzeżowice, Gawszice, Gora, Nowawies, Sąnczow, et Myszkowice, item decimas pecuniales in tribus villis videlicet: Tomkowice, Perzowice, et Dobieszowice per sex grossos latorum bonorum grossorum pragensium de quolibet manso solvendas, ad nos et ducatum nostrum predictum, etiam lege et iure ex antiquo et prescriptione pertinentes, resignavimus easque in ius, titulum et dominium prefati domini episcopi et sue ecclesie Cracoviensis presentis contractus decreto conferimus, eis et earum cuilibet nostro et successorum nostrorum nomine perpetuo renunciando. Item recognoscimus et publice fatemur quod etsi villae: Sikorka, Ujezdziec, Stamphonis, Woykowice, Warazya, Sarnow, medietas villae Poary, Dąmbie, duobus chmetonibus

iudiciis exceptis, Golanscha, Gawsticze in parte Schamborii, Rogoznik, Gora, demptis chmethonibus prefati domini episcopi Cracoviensis tum illae quas dudum ante venditionem nostram ipse et sua ecclesia Cracoviesis possidebat: Twardowice, Sadowie, Malnyowice, Dzewki, Winowno, ~~bfo~~ Coczlm (?), Pienczyce, Milejowice, Bandusih, et Jalislawice aliaeque quorum notitiam hic volumus habere pro expressis in praedicta terra Szeveriensis consistentes, per dictas terrigenas et nobiles ducatus predicti teneantur et ~~inhabitet~~ inhabitentur, quia tamen in predictis, nos progenitoresque nostri supremum ius ducale habuimus certosque census, tributa atque obventiones ex eisdem villis iure nostro ducali certis temporibus singulis annis perciebamus, unde etiam villas predictas in signum altioris firmitatis cum omnibus censibus et redditibus, obventionibus et tributis consuetis iureque supremo ducali atque nobilibus et hominibus eas habitantibus eidem domino episcopo Cracoviensi et suae ecclesiae resignamus et de eisdem cedimus, et suo dominio titulo et proprietati eas subjicimus et incorporamus.

Item recognoscimus et fatemur quod licet in castro et oppido Koziegłowy et in certis villis tribusque ferrifabricis ad illud spectantibus videlicet: Kruszyn, Cynkow, Woyslawice, Myszkow, Koziegłowy, Zgotha, Siedlec, Smarsztow et Markowice, item in villis: Tompkowice, Pyrzowice, Dobieszowice, Sulikow, Mirzowice, Boguchłowice, Chroszczobrod, Małabandz, Grodziec, Grodkow, media villa Psary, media villa Gawszyce, Bernacice, Zychcice, Szyemuna, Lubianki, Sanczow, Bobrowniki, Zerowice, Koszyski, Trzchiesławice, et media parte villae Strzecowice, in ducatu et terra dicta Szeveriensi constitutis, et per barones, nobiles inhabitatis et obtentis, ius supremum ducale non habuimus, tributaque et utilitates per nostros predecessores relaxata non exigimus; quia tamen castrum et oppidum Koziegłowy et villas predictas eo jure, quo hactenus gaudebant, in ius, titulum et dominium prefati reverendissimi patris domini Sbignei episcopi et suae ecclesiae Cracoviensis transferimus, inscribimus et resignamus cum earum baronibus, nobilibus et habitatoribus, eas fidelitati, feudo dominio, obedientiae et servitio per eos prestari solito

dicti domini episcopi et suę ecclesię Cracoviensis subjugando. Item: omnes literas, privilegia, monimenta, inscriptiones, et quascumque scripturas, quas nos vel nostri consanguinei, fratres aut successores super dicto ducatu eiusque titulo ac proprietate et dominio habuimus, habemus vel habebimus, quę in derogationem et lę lesuram iuris, proprietatis et dominii prefati domini episcopi et suę ecclesię Cracoviensis in dicto ducatu et terra Scheveriensi et presentis nostre resignationis eiusdem vergerent vel quomodolibet facerent et quę nobis aut fatribus vel consanguineis nostris possent prodesse et dicto domino episcopo et suę ecclesię Cracoviensi obesse, annullamus, cassamus, extinguimus et mortificamus, easque nullius roboris vel momenti, suspectasque et vitiosas declaramus. Item ut huiusmodi nostra vinditio et resignatio prefato reverendissimo patri domino Sbigneo episcopo et suę ecclesię Cracoviensis insigni, de dicto ducatu Seveviensi facta maximum desiderium cordis nostri funiculo multiplici roborata, perpetua atque pacifica nullum futurę litis, inquietationis, aut dubietatis habens respectum, perseveret, promittimus

timus, spondemus nosque verbo ducali circa fidem nostram et honorem sine dolo et fraude, catholica promissione astringimus et obligamus, quod venditionem et resignationem nostram de dicto ducatu et terra Szeveriensi per nos, ut premittitur, dicto reverendissimo patri domino Sbigneo episcopo et sue ecclesie Cracoviensi factam, illustres principes: domina Offka ducissa genitrix nostra carissima, Boleslaus, Vladislaus et Przemko dei gratia duces Theschinenses germani nostri carissimi, omnesque nostri consanguinei, affines et proximi, gratam, ratam, firmam habebunt, tenebunt nec ei in aliquo directe vel indirecte, quovis quesito colore occasione huiusmodi venditionis et resignationis contravenient aut eam impedient quovis modo. Nosque predictum dominum episcopum et suam ecclesiam Cracoviensem ab omnibus impedimentis, litibus, molestationibus, perturbationibus, infestationibus, offensis, et injuriis, tam a prefata domina ducissa Offka matre, germanisque nostris dominis Boleslao, Vladislao et Przemkone, quam etiam ab omnibus consanguineis et proximis nostris, et a qualibet persona cuiuscumque condi-

tionis existat et quacumque fulgeat dignitate spirituali sive seculari, si quibus, occasione prefate nostre venditionis, resignationis et contractus prefati ducatus et terre Severiensis, ipse dominus episcopus Cracoviensis et sua ecclesia lesi, molestati, perturbati, offensi aut impediti fuerint, ipsum dominum episcopum Cracoviensem et suam ecclesiam intercedere, evincere, iuxta ius nostrum ducale tenebimur et liberare sub fide et honore. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Theschin feria secunda ante Sylvestri Papae anno domini 1443. Presentibus ibidem illustribus principibus et dominis dominis Przemkone et Boleslao inclytis germanis nostris carissimis, nobilibusque strenuis et famosis fidelibus nobis dilectis dominis Nicolao de Dubowecz marschalcone, Bothone de Orhab capitaneo Theschinensi, Machwi de Blandowicz, Chrzistkone de Zemencicz, Ioannes Sobkonis de Roppicz, Nicolao Czoto de Czechowicz, Andrea de Ogrozena, Petro Iaworski, Othone de Zebraczyc, Nicolao de Msthowicz notaria nostro qui presentia habuit in comisso et aliis quam plurimis fide dignis. L. S.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Exigit humanorum actuum
debilis condicio, ut mortalium gesta, celebri et perpetua memoria semper digna, ne
temporum decursu tradita oblivione vacillent, aut in dubium quomodolibet revocen-
tur, eorundemque mutabilitate, et ambiguitate discrimen in posterum possint
pati, et signanter empcionum et vendicionum contractus, per principes et ma-
iores, quorum gloria posteris quasi lumen est relinquenda, quomodolibet factas et
initas continentes, literarum et testium munimine roborari. Proinde nos Ven-
ceslaus dei gracia dux Theschinensis et dominus Ducatus et Terre Sziewye-
riensis, Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et
futuris, publicque recognoscimus et fatemur: Qualiter matura deliberacione
cum Baronibus et Consiliariis nostris prehabita, eciam in optima valetudine
constituti, nullo dolo, fraude aut ingenio seducti, nec per errorem aut improvide,
sed de mera nostra libera et spontanea voluntate, Ducatum nostrum et terram
Szewyeriensem, qui porcione paterna nobis obvenit, nulla servitute aut tributo
alicui obnoxium, Reverendissimo in Christo patri et domino domino Sbigneo dei gra-
cia Epo, et sue Eccle Cracoviensi predicte, pro sex millibus marcarum latorum gro-
ssorum ~~[illegible]~~ Boemicalium bonorum, numeri Polonicalis, quadraginta et octo grossos in quam-
libet marcam computando, vendidimus, presenciumque tenore vendimus, et vendicione per-
petua, prefato Reverendissimo in Christo patri Domino Sbigneo et sue Eccle Craco-
viensi, cedimus, resignamus et inscribimus, cum omnibus et singulis dicti du-
catus et terre, castris, fortaliciis, civitatibus, opidis, villis, Theloneis, censibus, proven-
tibus, utilitatibus, fructibus, serviciis, omagiis, allodiis, exaccionibus, decimis manipu-
laribus et pecuniariis, collacionibus, iure patronatus, culpis, emendis, piscinis, molendi-
nis, lacubus, agris, pratis, silvis, borris, venacionibus, accepacionibus, mellificiis, pascuis,
rubetis, mericis, fluviis, torrentibus, aquarumque quibuslibet decursibus, montibus, fabri-
ciis, ferrifodinis, plumbifodinis, auri, argenti, agris, et cuiuslibet metalli fodinis, mone-
tis, iudiciis, bannis, seu inhibicionibus venacionum et penis inde sequentibus consuetu-
dine vel de iure, utilitatibus, honoribus, convencionibus, honoranciis, feudis, feudatoriis va-
sallis, Vasallariis, nobilibus, rusticiis, et plebeis, hominibusque habitantibus et habitatu-
ris, cum potestate ibi mercata publica et nundinas celebrari faciendi: dacia, pedagia,
Gabellas, et omnia alia onera realia et personalia, ordinaria et extraordinaria atque
mixta, quocumque nomine nuncupentur, imponendi, exigendi, et exigi faciendi, cum
mero et mixto dominio, supremo et infimo, omnimoda iurisdiccione, plena gladii potestate,
et exerciciis eorundem, atque cum universis aliis utilitatibus, que ibi hactenus
sunt, vel in posterum industria hominum fieri poterint, quibuscunque nomini-
bus aut cognominibus vel vocabulis nuncupentur, prout idem ducatus et terra,
longe, late et circumferencialiter in basso et plano, in suis gadibus, limitibus, et ter-
minis est distinctus, cum omni iure ducali dominioque mero et mixto, supremo et
infimo, titulo et proprietate, prout eandem Terram et ducatum nos et nostri pre-
decessores, tenuerunt et habuerunt, nihil nobis aut nostris successoribus cuiuscunque
dominii, iuris, tituli, feudi, superioritatis, proprietatis aut memorie in eodem

quomodolibet reservando, per ipsum dominum Sbigneum Episcopum et suam Ecctiam Cracoviensem suosque successores Epos Cracovienses, habendum, tenendum, possidendum, et ad usus suos beneplacitos convertendum. Renunciantes publice et per expressum omni iuri, titulo, feodo, dominio, et proprietati, quod hactenus illic habuimus, et progenitores nostri antecessoresque habuerunt; pure, simpliciter et sine aliqua condicione, ius, titulum, dominium, proprietatem atque feudum dicti ducatus et terre Seweriensis eidem Reverendissimo patri domino Sbigneo Episcopo et sue Ectie Cracoviensi resignantes: absolventes omnes et singulos Barones, Nobiles, Sculteto, cives, opidanos, et Kmetones et incolas, quocunque nomine censeantur, aut quacunque dignitate prefulgeant, prefati Ducatus et terre Szeweriensis, a nostra obediencia et feudo, iuramento et fidelitate et obligacione, eosdemque Barones et Nobiles, scultetos, cives, opidanos, kmetones et incolas, in obedienciam, feudum et fidelitatem predicti Reverendissimi patris domini Sbignei Epi et sue Ectie Cracoviensis subiicimus supponimusque per presentes. Et ne in posterum dubitari quomodolibet possit, quo iure, titulo et condicione castra, civitates, opida, atque ville, in dicto ducatu et terra Seweriensi consistentes, per Nos eidem Reverendissimo in Christo patri Domino Sbigneo Epo et sue Ectie Cracoviensi, vendite, resignate et subiecte sunt, condicionem earum pro futura memoria duximus presentibus exprimendam. Inprimis quidem fatemur: quod Castrum principale ducatus et terre predicte Sziewijor cum duobus opidis Sziewijor et Ozeladz, item quatuor theloneis in Ozeladz, in Sziewyor, in Varaschin, et in Zandek, septem quoque villis Goluchowycze, Lagischa, Comorne, Voykowicze, Zandek, Krzewinsthow, Novaviesz, et Strzezowycze, sunt esseque debent, de mera proprietate, titulo atque dominio, prefati domini Epi et sue Ectie Cracoviensis; quum tum prefatum castrum, opida, Thelonea, atque ville, nulli alteri nisi nobis fuerant censuales, obnoxie et subiecte, prefatus eciam dominus Epus, cum omnibus eorum pertinenciis, appendiis et emolumentis ea possidebit. Item fatemur et recognoscimus, quod eidem Reverendissimo patri Domino Sbigneo Epo et sue Ectie Cracoviensi, decimas manipulares cuiuslibet grani, post araturas omnium et singulorum Cmetonum, in octo villis, videlicet in Dambije, Golascha, Strzerowicze, Gawschicze, Gora, Novaviesz, Sanczow, et Miskowycze. Item decimas pecuniales, in tribus villis, videlicet Thompcowycze, Pirzowycze, Dobiessowycze, per sex grossos bonorum latorum grossorum pragensium, de quolibet manso solvencium ad nos et ad ducatum nostrum predictum, certa lege et iure ex antiquo et prescripcione pertinentes, resignavimus, easque in ius, titulum, proprietatem et dominium prefati Domini Epi et sue Ectie Cracoviensis, presentis contractus decreto transferrimus eis et eorum cuilibet, nostro et successorum nostrorum nomine, perpetuo renunctiando. Item recognoscimus et publice fatemur, quod etsi ville Szicorka, Ujjeszdzecz Franczkonis, Ujjeszdzecz Staropkkonis, Voikowycze, Varaschin, Sarnow, medietas ville Pszari, Dambye, duobus kmethonibus iudicis exceptis, Golascha, Gawszicze, in parte Schambori, Rogoznik, Gora demptis kmetonibus prefati Domini Epi Cracoviensis, quos dudum ante vendicionem nostram ipse et sua Ectia Cracoviensis possidebat, Thwardowycze, Szadowye, Malnowicze, Dzewki, Vinowno, Coczlin, Przenczicze, Mileowycze, Bandusch et Zelislawicze, aliaque quarum nomina hic volumus habere pro expressis, in predicta terra Seweriensi consistentes, per certos nobiles et terrigenas Ducatus predicti teneantur et inhabitentur. Quia tamen in predictis villis, nos progenitoresque nostri supremum ius ducale habuimus, certosque census, tributa, atque obvenciones ex eisdem villis, iure nostro

ducali, certis temporibus singulis annis percipiebamus, unde eciam villas predictas in signum alcioris firmitatis, cum omnibus censibus et redditibus, obvencionibus et tributis consvetis, iureque supremo ducali, atque Nobilibus et hominibus eas habitantibus, eidem Domino Epo Cracoviensi et sue Eccle resignamus et de eisdem cedimus, et suo dominio, titulo et proprietati eas subiicimus et incorporamus. Item recognoscimus et fatemur, quod licet in Castro et oppido Koziegłowy et in certis villis, tribusque ferrifabricis ad illud spectantibus, videlicet Cruschin, Czinkow, Voislavycze, Mizlow, Koziegłowy, Lgota, Sziedlecz, Smarschow, et Marcowicze, Boguchwalowycze, Chroszebrod, Malobancz, Grodzecz, Grothkow, media villa Psari, media villa Gawschicze, Byernaczycze, Lichczicze, Schemunya, Lubiantki, Schanirow, Bobrownyki, Ozorowycze, Coziszki, Thrzebieslawycze, et modica parte ville Strzezowycze, in ducatu et terra predicta Severiensi constitutis, et per Barones Nobiles inhabitatis et obtentis, ius supremum ducale non habuimus, tributaque et utilitates per nostros predecessores relaxata non exegimus, quia tamen Castrum oppidum Koziegłowi et ville predicte in terra ducatus Seweriensis consistunt, nobisque erant tanquam domino et Rectori, feudo, fidelitate, obediencia, et obsequio subiecte, unde eciam castrum et oppidum Koziegłowy ac villas predictas, eo iure quo hactenus gaudebant, in ius, titulum, proprietatem et dominium predicti Reverendissimi patris domini Sbignei et sue Eccle Cracoviensis subiciendo et subiugando. Item omnes literas, privilegia, munimenta, inscripciones et quascunque scripturas, quas nos vel nostri consanguinei fratres, aut successores, super dicto ducatu eiusque titulo et proprietate et dominio habuimus, habemus, vel habebimus, que in derogacionem vel lesuram iuris, proprietatis et dominii, prefati Domini Epi et sue Eccle Cracoviensis, in dicto ducatu et terra Severiensi, et presentis nostre resignacionis eiusdem, vergerent vel quomodolibet facerent, et que nobis vel fratribus aut consanguineis nostris possent prodesse, et dicto domino Epo et sue Eccle Cracoviensi obesse, annullamus, cassamus, extinguimus et mortificamus, easque nullius roboris vel momenti, suspectasque et viciosas declaramus. Item ut huiusmodi nostra vendicio et resignacio, prefato Reverendissimo patri domino Sbigneo Epo et sue Eccle Cracoviensi insigni, de ducatu Seweriensi facta, iuxta desiderium cordis nostri, funiculo multiplici roborata, perpetua atque pacifica, nullum future litis, inquietacionis aut dubietatis habens respectum, perseveret, promittimus, spondemus, nosque verbo ducali certam fidem nostram et honorem, sine dolo et fraude catholica promissione astringimus et obligamus, quod vendicionem et resignacionem nostram de dicto ducatu et terra Seweriensi per nos, ut premittitur, dicto Reverendissimo patri Domino Sbigneo Epo et sue Eccle Cracoviensi factam, illustres principes, domina Offka ducissa, Genitrix nostra charissima, Boleslaus, Wladislaus et Przemko dei gracia duces Teschinenses, germani nostri charissimi, omnesque nostri consanguinei, affines et proximi, gratam, ratam, firmam habebunt, tenebunt, nec in aliquo directe ~~aut~~ vel indirecte, quovis quesito colore, occasione huiusmodi vendicionis et resignacionis contravenient, aut eam impedient quovismodo. Nos quoque predictum dominum Epum Cracoviensem et suam Eccliam, ab omnibus impedimentis, litibus, molestacionibus, perturbacionibus, infestacionibus, offensis et iniuriis, tam a prefatis domina ducissa Offka, germanisque nostris Dominis Boleslao, Wladislao et Przemkone, quam eciam ab omnibus consanguineis et proximis nostris, et a qualibet persona cuiuscunque condicionis existat, et quacunque fulgeat dignitate, spirituali sive seculari, si quibus occasione prefati nostre vendicionis resignacionis et contractus, prefati ducatus et terre Seweriensis ipse dominus Epus Cracoviensis et sua Ecclia, lesi, molestati, perturbati, offensi aut impediti fuerint, ipsum dominum Epum

Cracoviensem et suam Ecclesiam, intercedere, evincere, iuxta ius nostrum ducale tenebimur et liberare, sub fide et honore. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Theschin feria secunda ante Silvestri pape. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio. presentibus ibidem illustribus principibus et dominis, dominis Przemkone et Boleslao inclitis germanis nostris charissimis, Nobilibusque, strenuis et famosis fidelibus nobis dilectis domino Nicolao de Dubowyecz Marsalcone, Gachone de Ochab Capitaneo Theschinensi, Malkin de Blandowicz, Crziskone de Zementicz, Joanne Sobkonis de Koppicz, Nicolao Ozolo de Czechowycz. andrea de Ogrozena. petro Jaworski, Ottone de Zebraczie. Nicolao de Mischkowicz Notario Nostro, qui presencia habuit in commisso et aliis quamplurimis fidedignis.

(Lib. I priv. Cap. Crac. fol. 133-135.)

1443. fr. II post Nativit. dni, in Teschin. [30.XII.] N. Inv. 357. 174

[Dzieduszycki, T. 2, nr. 10.]

Nos Offka dei gracia Ducissa Theschnensis, Significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, recognoscimus et fatemur, Quod cum Illustris princeps Dominus Wenceslaus eadem gracia Dux Theschnensis, natus noster carissimus, non per errorem aut improuide, Sed de mera, libera et spontanea voluntate, nostroque et Baronum suorum habito consilio, matura deliberacione atque swasu Ducatum et Terram Schewyeryensem nulli seruituti aut proprietati cuiusquam obnoxium, cum Iure successionis paterne et hereditarie contingentem, Reuerendissimo in christo patri domino et domino Sbigneo Dei gracia Episcopo sueque Ecclesie Cracouiensi pro Sex milibus marcarum bonorum grossorum Bohemicalium numeri polonicalis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, vendiderit, resignauerit et suis patentibus literis atque Sigillis inscripserit vendicione perpetua et irreuocabili, cum omnibus et singulis dicti ducatus et Terre Schewyeryensis Castris, Ciuitatibus, Opidis, fortalicijs, villis, Theoloneis, molendinis, Piscinis, Lacubus omnique dominio ducali mero et mixto, supremo et infimo, titulo et proprietate, cum omnibusque vtilitatibus, vsibus, Censibus, feodis, Iuribus, que ibi hactenus sunt vel imposterum esse potuerint, quibuscumque appellentur nominibus, eiusque pertinencijs et appendijs vniuersis, prout idem Ducatus et Terra Schewyeryensis in suis metis, gradibus (sic), limitibus et terminis est distinctus, et prout illum ipse natus noster carissimus Dominus Wenceslaus dux eiusque genitores tenuerunt, nichil sibi Iuris, dominij, titulj, proprietatis aut memorie, vel successoribus eorum reseruando, prout huiusmodi vendicio, resignacio et inscripcio in eius literis lacius est descripta: Quocirca et nos

huiusmodi Ducatus et Terre Schewyeriensis vendicionem, re-
signacionem et inscripcionem prefato Reuerendissimo pa-
tri domino Sbigneo Episcopo et sue Ecclesie Cracouiensi
per predictum natum nostrum, Dominum Wenceslaum Du-
cem factam, ratam, gratam firmamque habentes, Ad-
mittimus, recipimus et gratificamus, dictum quoque Duca-
tum et Terram Schewyeriensem, in quantum nos in aliquo
concreuit, pro ampliori securitate et cautela ipsi Reueren-
dissimo patri ~~et~~ domino Sbigneo Episcopo et sue Ecclesie
Cracouiensi inscribimus et resignamus perpetua et irrevo-
cabili resignacione: Renunciantes de certa nostra libera
et spontanea voluntate omni Iuri, doti, dotalicio, feudo,
omagijs, literis, priuilegijs, scripturis et munimentis nobis
in dicto ducatu et Terra Schewyeryensi quomodolibet com-
petentibus, ab eisque recedimus profitendo nos in dicto duca-
tu et Terra Schewieriensi nichil Iuris, proprietatis, Dominij,
tituli et successores nostros, consangwineos et propinquos
habuisse, habere vel habere posse quouis quesito colore, Om-
nes literas, priuilegia, munimenta, scripturas, si que su-
per Iure, Dominio, dote, dotalicio, proprietate aut titulo
habuimus, vel nunc que super dicto ducatu et Terra Sche-
weriensi habemus, que nobis aut nostris Consangwineis
vel proximis possent prodesse et ipsi domino Sbigneo Epi-
scopo et sue Ecclesie Cracouiensi quomodolibet obesse, mor-
tificantes, cassantes et anullantes, decernentes et pronunc-
ciantes eas esse per presentes nullius roboris, importancie
vel momenti, promittentes pro nobis, proximis et consan-
gwineis nostris, quod prefatum Reuerendissimum patrem
dominum Sbigneum Episcopum et suam Ecclesiam Craco-
uiensem pro huiusmodi Ducatu et Terra Schewyeriensi
non inquietabimus, molestabimus, offendemus aut pertur-
babimus, Sed ipsum et Ecclesiam suam Cracouiensem ab
omnibus Insidijs, molestijs, offensis, perturbacionibus et in-
quietacionibus, que occasione premisse resignacionis, empo-
cionis et inscripcionis dicti Ducatus et Terre Schewyeriensis

tum habere contingeret, quantum in nobis et ex nobis exit, tenebimur, protegemus et defendemus. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appen-sum. Actum et datum Teschin feria secunda post Na-tivitatem christi, Anno eiusdem millesimo Quadringen-tesimo, Quadragesimo tercio. Presentibus ibidem Strennuis, Nobilibus et famosis nostris dilectis: domino Nicolao mar-schalico, Gechone de Ochab Capitaneo Teschnensi, Machun de Bludawicz, Crzistkone de Zementicz, Johanne Sobkonis de Roppicz, Nicolao dicto Czolo de Czechowicz, Andrea de Ogrozena, Johanne Hunth de Staraues (?) et alijs quampluribus fidedignis.

Das Original auf Pergament, stark vermodert, ist bezeichnet mit dem Inv. Nr. 357. Das Siegel ist abhandengekommen.

Nos Offka dei gracia Ducissa Theschinensis. Significamus tenore presencium quibus expedit
universis, recognoscimus et fatemur: quod cum illustris princeps dominus Wenceslaus eademgra=
cia dux Theschinensis, natus noster charissimus, non per errorem aut improvide, sed de mera, libera,
et spontanea voluntate, nostroque et Baronum suorum habito consilio, matura deliberacione atque
suasu, Ducatum et Terram Szwiewierienseem, nulli servituti aut proprietati cuiusquam obnoxiam,
cum iure successionis paterne et hereditarie contingentem, Reverendissimo in Christo patri et domi=
no domino Sbigneo dei gracia Epo, sueque Eccle Cracoviensi, pro sex millibus Marcarum bono=
rum grossorum Boemicalium numeri polonicalis, quadraginta octo grossos in quamlibet Marcam
computando, vendiderit, resignaverit et suis patentibus litteris atque Sigillis inscripserit vendicio=
ne perpetua et irrevocabili cum omnibus et singulis dicti Ducatus et terre Sziewieriensis,
castris, civitatibus, oppidis, fortaliciis, villis, Theloneis, Molendinis, piscinis lacubus, omnique
dominio ducali, mero et mixto, supremo et infimo, titulo et proprietate, cum omnibusqua
utilitatibus, usibus, censibus, feudis, iuribus, que ibi hactenus sunt, vel inposterum esse
poterant, quibuscunque appellentur nominibus, eiusque pertinenciis et appendiis universis,
prout idem ducatus et terra Siewijeriensis, in suis metis, gradibus (sic!), limitibus et ter=
minis est distinctus, et prout illum ipse natus noster charissimus, dominus Venceslaus Dux,
eiusque genitores tenuerunt, nihil sibi iuris, dominii, tituli, proprietatis aut memorie, vel suc=
cessoribus eorum reservando, prout huiusmodi vendicio, resignacio, et inscripcio, in eius literis
lacius est descripta. Quocirca et Nos huiusmodi Ducatus et terre Siewyeriensis vendicionem
resignacionem et inscripcionem, prefato Reverendissimo patri domino Sbigneo Epo et sue Eccle
Cracoviensi, per predictum natum nostrum Dominum Venceslaum Ducem factam, ratam, gratam
firmamque habentes, admittimus, recipimus, et gratificamus, dictum quoque Ducatum et terram
Sziewyeriensem, in quantum nos in aliquo concernit, pro ampliori securitate et cautela, ipsi
Reverendissimo patri domino Sbigneo Epo et sue Eccle Cracowiensi, inscribimus et resignamus
perpetua et irrevocabili resignacione. Renunctiantes de certa nostra libera et spontanea vo=
luntate, omni iuri, doti, dotalicio, feudo, omagiis, literis, privilegiis, scripturis et munimentis,
nobis in dicto ducatu et terra Sziewieriensi quomodolibet competentibus, ab eisque recedi=
mus, profitentes nos in dicto ducatu et terra Sziewieriensi, nihil iuris, proprietatis, domi=
nii, tituli, et successores nostros, consanguineos et propinquos habuisse, habere, vel habere posse,
quovis quesito colore; omnes literas, privilegia, munimenta, scripturas, si qua super iure,
dominio, dote, dotalicio, proprietate aut titulo habuimus, vel nunc que super dicto Du=
catu et Terra Sziewyeriensi habemus, que nobis aut nostris consanguineis vel proximis pos=
sent prodesse, et ipsi domino Sbigneo Episcopo et sue Eccle Cracoviensi quomodolibet obesse,
mortificantes, cassantes, annullantesque; decernentes et pronunctiantes eas esse per presentes nul=
lius roboris, importancie vel momenti: promittentes pro nobis, proximis et consanguineis nostris,
quod prefatum Reverendissimum patrem Dominum Sbigneum Epum et suam Ecclam Cracoviensem,
pro huiusmodi ducatu et terra Siewyeriensi, non inquietabimus, molestabimus, offendemus aut
perturbabimus, sed ipsum et Ecclam suam Cracoviensem ab omnibus insidiis, molestiis, offensis, per=
turbacionibus et inquietacionibus, que occasione premisse resignacionis empcionis et inscrip=
cionis dicti Ducatus et terre Sziewyeriensis eum habere contingeret, quantum in nobis ex nobis
erit, tuebimus, protegemus et defendemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus
est appensum. Actum et datum in Theschin feria secunda post Nativitatem Christi Anno eiusdem Mil=
lesimo Quadringentesimo quadragesimo tercio. presentibus ibidem strenuis nobilibus et famosis no=
stris dilectis, domino Nicolao Marschalico, Gochone de Ochab Capitaneo Theschinensi, Machny de Blu=
dowycz, Crzisthone de Zementicz. Joanne Sobkonis de Roppicz. Nicolao dicto Czolo de Czechowycz. An=
drea de Ogrozona. Joanne Hunth de Sthonava, et aliis quam pluribus fidedignis.—

(Lib. I priv. Cap. Crac. fol. 132.)

1443, fr. II post Nativit. dni, in Teschin. [30. XII.]

[Dzieduszycki, T.2, nr. 11.]

Nos Boleslaus dei gracia Dux et Dominus Theschnensis etc. Johannes Sobkonis de Roppicz, Nicolaus dictus Czolo de Czechowicz, Petrus de Jaworze et Otta de Zebracze, Magister civium, Consules, Cives, Opidani et Incole Civitatis Byelsko, Significamus tenore presencium, quibus expedit universis, Quod quia Illustris princeps dominus Wenceslaus dei gracia dux Theschnensis etc. frater et Dominus noster carissimus et graciosus, non per errorem aut improvide, sed de mera, libera et spontanea voluntate, Baronumque suorum habito consilio, matura deliberacione atque swasu, Ducatum et Terram Seviriensem nulli servituti aut proprietati cuiusquam obnoxiam, ipsum Jure successionis paterno (sic) et hereditarie contingentem, Reverendissimo in christo patri et Domino domino Sbigneo dei gracia Episcopo eiusque Ecclesie Cracoviensi pro sex milibus marcarum latorum bonorum grossorum Bohemicalium numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, vendiderit, resignaverit et suis patentibus litteris atque Sigillis vendicione perpetua et irrevocabili inscripserit Cum omnibus et singulis dicti Ducatus et Terre Seviriensis Castris, Civitatibus, Opidis, Fortalicijs, Villis, Theoloneis, Molendinis, piscinis, lacubus omnique dominio Ducali mero et mixto, Suppremo et infimo, titulo et proprietate, Cum omnibusque utilitatibus, usibus, censibus, feudis, Juribus et emolimentis, que ibi hactenus sunt vel in posterum esse poterunt, quibuscumque appellentur nominibus, eiusque pertinencijs et appendijs universis, prout Idem Ducatus et Terra Seviriensis in suis metis, gadibus, limitibus et terminis in longum et in latum, bassum et planum est distinctus, et prout ipsum prefatus dominus Venceslaus eiusque progenitores tenuerunt et habuerunt, nichil sibi

:/

Iuris, tituli, proprietatis aut memorie vel Successoribus eorum atque posteritati reseruando, prout huiusmodi vendicio, resigna-cio, Inscripcio in eius literis lacius est descripta: Unde ut prefa-tus Reuerendissimus pater Dominus Sbigneus Episcopus eiusque Ecclesia Cracouiensis resignacionem, vendicionem et inscripcio-nem huiusmodi Ducatus et Terre Seueriensis firmam habeat, plenam, pacificam atque tutam omni suspicione et respectu presencium et futurorum litium, impedimentorum et mole-stiarum carentem, Nos suprascripti Boleslaus dux Theschnen-sis, Omagiales et Terrigene atque Ciuitas promitimus, sponde-mus et ipsi Reuerendissimo patri domino Sbigneo Episcopo sue-que Ecclesie Cracouiensi pro dicto Domino Wenceslao Duce Theschnensi, fratre et Domino nostro carissimo et gracioso iuxta fidem et honorem, sine dolo et fraude fideiubemus, nosque obligamus iuxta Ius nostrum ducale, Quod prefatus Dominus Wenceslaus Dux Theschnensis prefati Ducatus et Terre Seuerien-sis vendicionem, inscripcionem et resignacionem ipsi domino Sbigneo Episcopo et sue Ecclesie Cracouiensi factam, tenebunt, custodient, obseruabunt, manutenebunt et adimplebunt (sic) in omnibus condicionibus, clausulis atque punctis, Ipsumque dominum Sbigneum Episcopum et suam Ecclesiam Cracouien-sem iuxta obseruanciam Terre Slesie et principum eius ab omnibus impedimentis, molestijs, debitis, dampnis, perturba-cionibus, inquietacionibus et Iniurijs, si que occasione inscrip-cionis, resignacionis, cessionis et vendicionis prefati Ducatus et Terre Seueriensis incurrerint, euincere, liberare, defendere tueri et intercedere tenebitur et debebit tam a germanis fra-tribus suis, Cognatis, proximis, Consanguineis et affinibus suis, quam a quacumque alia persona Spirituali uel Secu-lari, cuiuscumque condicionis, dignitatis vel preeminencie existat, Quod si prefatus dominus Dux Wenceslaus inscripcio-nem, resignacionem, cessionem et vendicionem prefati Duca-tus et Terre Seueriensis predicto Domino Sbigneo Episcopo et sue Ecclesie Cracouiensi factam, in aliquo violare, teme-rare, offendere contenderit, aut premissa et conventa adim-

/:


plere neglexerit, seu eciam dictum dominum Sbigneum Episcopum et suam Ecclesiam Cracouiensem ab omnibus molestiis, Dampnis, perturbacionibus, inquietacionibus et Iniuriis, si quas occasione inscripcionis, cessionis et vendicionis Ducatus et Terre predicte Seviriensis ipse dominus Episcopus et sua Ecclesia Cracouiensis incurrerint et habuerint, et signanter ab Inuasoribus, si qui occasione debitorum suorum per ipsum dominum ducem Venceslaum contractorum, eandem Terram Seviriensem inuadere vel dampnificare contenderint, intercedere, evincere et defendere non curauerit, Extunc nos premissi fideiussores omnia dampna, que ipse dominus Episcopus aut sua Ecclesia habuerint, incurremus, que ipse Reuerendissimus pater Dominus Sbigneus Episcopus et sua Ecclesia Cracouiensis in nobis repetere potuerint viis et modis congruis, Nosque ad eorumdem Dampnorum ~~(sic)~~ aresto, ammonicione et requisicione compellere solucionem, habebitque insuper potestatem ipse dominus Episcopus et sui successores Episcopi Cracouienses nos et Bona nostra querra, recepcione, vastacione, bello et hostiliter impetere, vastare et dampnificare et nos ad obseruanciam et satisfaccionem per querram, bellum, vastacionem, recepcionem hostilem compellere omnium et singulorum premissorum. in Cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Teschin feria secunda post Natiuitatem domini nostri Iesu christi, Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo tercio.

[1444, 1.I.]

[Dzieduszycki, T. 2, nr. 13.]

Nos Mathias alias Machny Cornicz de Blandowicze et Nicolaus Crzistek de Zementicze Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, Quomodo vice et nomine Preclari et Illustris principis et domini domini Wenceslai dei gracia Ducis Theschinensis domini nostri graciosissimi Duo Milia marcharum latorum bonorum grossorum pragensium numeri Polonicalis, quadraginta vero grossos in quamlibet marcham computando, a Reuerendissimo in christo patre domino et domino Sbigneo Episcopo et sua Ecclesia Cracouiensi in vim totalis et integre solucionis pro Terra et Ducatu Schyeweriensi per ipsum dominum Ducem Wenceslaum titulo perpetue et irreuocabilis vendicionis ipsi Reuerendissimo patri domino Sbigneo et sue Ecclesie Cracouiensi vendita, Recepimus et per manus Venerabilis domini Johannis Dlugosch Cantoris Wysliciensis et Canonici Cracouiensis effectualiter et in effectum leuauimus; Vnde eundem Reuerendum patrem dominum Sbigneum Episcopum et suam Ecclesiam Cracouiensem eiusque Venerabile Capitulum nomine et vice prefati domini Wenceslai Ducis Theschinensis quittamus et absoluimus, quittatosque et absolutos pronunciamus per presentes, omnes literas obligatorias, quas prefatus dominus Sbigneus Episcopus et eius Capitulum Cracouiense Domino Wenceslao Duci Theschinensi super solucione dictorum duum (sic) Milium marcharum latorum grossorum dederant, mortificantes et cassantes presencium per tenorem. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Castro lyppovecz feria quarta ipso die Circumcisionis domini, Anno eiusdem Domini M° CCCC° XLIIII°.

Lib. Ant. fol. 196.
(1445.)



1444. die Circumcis. dni, in Lipowiec. [1.I.] Lib. Ant. 180

[Dzieduszycki, T. 2, nr. 13.]

Nos Mathias alias Machny Cornicz de Blandowicze et Nicolaus Crzistek de Zementicze, Significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, Quomodo vice et nomine Preclari et Illustris principis et Domini, domini Wenceslai dei gracia Ducis Theschinensis, domini nostri graciosissimi, Duo Milia marcharum latorum bonorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcham computando, a Reuerendissimo in christo patre domino et Domino Sbigneo Episcopo et sua Ecclesia Cracouiensi in vim totalis et integre solucionis pro Terra et Ducatu Schyewerionsi per ipsum Dominum Ducem Wenceslaum titulo perpetue et irreuocabilis vendicionis ipsi Reuerendissimo patri domino Sbigneo et sue Ecclesie Cracouiensi vendita, Recepimus et per manus Venerabilis domini Iohannis Dlugosch Cantoris Wysliciensis et Canonici Cracouiensis effectualiter et in effectum leuauimus; Vnde eundem Reuerendum patrem dominum Sbigneum Episcopum et suam Ecclesiam Cracouiensem eiusque Venerabile Capitulum nomine et vice prefati domini Wenceslai Ducis Theschinensis quittamus et absoluimus, quittatosque et absolutos pronunciamus per presentes, omnes literas obligatorias, quas prefatus dominus Sbigneus Episcopus et eius Capitulum Cracouiense Domino Wenceslao Duci Teschinensi super solucione dictorum duum (sic) Milium marcharum latorum grossorum dederant, mortificantes et cassantes presencium per tenorem. In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Castro lyppowecz feria quarta ipso die Circumcisionis domini, Anno eiusdem Domini M° cccc° xL IIII°.

Lib. Ant. (1445) fol. 196.

[C. Ep. s. IV., nr. 2, pars altera.]

1444.

Nos Johannes Gyskra de Brandis Serenissimi Principis ac domini domini Ladislai dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Regis domini nostri gracio-si et Naturalis, Capitaneus Generalis Comesque de Saroz etc. Item Reueren-dissimus in Christo pater et dominus dominus Dyonisius Sacro Sancte Roma-ne Ecclesie presbyter Cardinalis Archiepiscopus Strigoniensis, Magnifici Tho-mas de Zeecz Comes Comariensis, Johannes maior de Peren Magister Tauerni-corum Regalium, Georgius de Posingen, ceterique prelati Barones, Nobiles et proceres; Item Ciuitates Cassa, Lewcza, Bartffa, Epperies, Kezmarkt; Item Castra et Fortalicia Saros, Reythnaw, Brisowicz, Gilnicz, Smolnicz, Jassow, Rozenaw, Nagyda, Lyppolcz, Tockay, Secz, Tarkw, Kapy, Makowicza, Duna-wicz, Nowum Castrum, Palocza; Item Posonium et Ciuitates Montane Cremp-nicia, Nowum Zolium, Atiquum Zolium, Schebnicz, Mons Regis, Thoplczaw, Korpona, cum ceteris Montanis. Item Castra Lyppoz, Wiglesch, Saxenstein, Be-wissche, Castra prope fluuium Wagh Trenczyna, Sucz, Wrssatecz, Lednicz, Bistricz, Cossatecz, cum omnibus alijs Castris, Fortalicijs et Ciuitatibus, pre-dicti domini Ladislai Regis partem tenentes et fouentes, tam Spirituales quam Seculares, Memorie commendamus, tenore presencium significantes, quibus expedit, vniuersis: Quod nos benigno animo affectuque, pietate In-clitorum Regnorum, tam Hungarie quam Polonie, in muneris (sic) calamitati-bus heu nimium fere iam vltra quatuor Annis retrolapsis, de die in diem marcesti[?] et desolati procurare exoptantes, prout diligencius exquirere cogita-mus, vt hic labor noster ad oppressorum releuamen tam sincero suscipia-tur animo, quam integra mente depromptus est, Cumque vigilantissimo men-tis intuitu, pestem hanc hauidissimam gwerrarum et bellorum iustissimo merore, Acerbissimoque dolore vehementer et diucius angemur et affligemur, Ita vt ferventissima caritate permoti sumus, bellorum et gwerrarum se-dare disturbia, turbaciones, strages, et cedes hominum in muneras (sic), que dampnose in magnum grauamen prefatorum Regnorum vsque huc vi-guerunt, penitus amputare, et exinde tranquilla vnio et laudabilis pax sequi firmarive posset et stabiliri, cum Reuerendissimo in Christo patre et do-mino domino Sbygneo dei gracia Episcopo Cracouiensi, necnon Magnificis et Generosiss dominis Johanne Czysow (sic) Castellano et Capitaneo, cum alio Johan-ne Tanczyn Palatino Cracowiensi, et Johanne Glowacz de Olessnycza, Przedbo-rio de Koneczpole Castellano Sandomyriensi, et Czyslaio de Cyro ac Swantky (sic) Castellano Lublynensi, Cum cunctis Prelatis, Baronibus, Nobilibus, Capitaneis, adherentibus Gentibus, Familiaribus et subditis in toto Regno Polonie exi-

tibus, omnes Captiui vtriusque partis quomodocunque capti relaxentur, et relaxari
debeantur; habebuntque terminum vsque ad decursum duorum Annorum: Et
si interim predicta Treuga stante, de huiusmodi Captiuitate, partes cui Captiuitatem
promiserunt, plene de Captiuitate missi non fuerint, Extunc tenebuntur ipsi
Captiui viceuersa Annis duobus elapsis, ad Captiuitatem statuere [et pre„
sen]tare.– Item reseruamus nobis plenam et omnimodam potestatem Treugas
huiusmodi taliter et sub hijs condicionibus firmatas reiciendi, frangendi,
et ab eis earumque firmitate recedendi, quandocunque nostre placuerit volun„
tati: Hoc specialiter addito, quod postquam nobis collibuerit, huiusmodi Treu„
gas non tenere, tenebimur voluntatem nostram per litteras aut nuncios,
prefato domino Sbygneo Episcopo Cracowiensi, aut suo Capitaneo Podolyensi
[de]nunciare, post quam quidem denunciacionem, vsque ad decursum inte„
grarum sex ebdomadarum, trewge presentes in suo robore nichilominus
debent inviolabiliter per partem vtramque obseruari. In cuius rei testi„
monium, maiorisque euidencie et caucionis signum, Nos Johannes Gyskra
prefatus, sigillum nostrum, vnacum Magnificorum, Egregiorum, Nobilium,
Famosorum, puta domini Johannis de Peren, Magistri Thauernicorum Re„
galium Iudicisque Iuratorum, necnon tocius communitatis Ciuitatis Cassa, Ni„
colai Brizal de Dobra Capitanei Ciuitatis Kesmarkt, Johannis Nigri de Do„
nowicz, Petri de Tarkw, Michaelis de Dormay Capitanei Castri Makowicza,
sigillis, premissa rate et firme obseruanda, presentibus iussimus subap„
pendi. Datum et actum in Ciuitate Cassa, ipso die Beati Andree Appo„
stoli, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Quarto.:

Z oryginału pergaminowego do Mag. Sądeck. należącego. Od sześci pieczęci
pozostały tylko trzy próżne paski, dwa paski z odłamkami piecz„
ci, a ieden tylko z pieczęcią całkowitą. Na iednym z odłamków
samej tylko skorupy kawałek się trzyma; na drugim na ~~[illegible]~~,
~~[illegible]~~ nic można widzieć prócz herbowego iakiegoś znaku koła,
i wyrazu: „S. NICOLAI.......... N°". – Na pieczęci trzeciej wi„
dać w kółku małą tarczę, na której iednak prócz nóg ~~[illegible]~~ iakoby
łowich wszystko iest zatarte. Z napisu okólnego wyczytać można:
„S. IOHANNIS. DE.. °V. EWIC+"

[Perlbach] 57 - 183

Kölner Cop. fol. 42ª n. 88.

1445. Februar 3. Lad.

Abt Matthias von Lad transsumirt die Locationsurkunde von Gardschau.

Privilegium super sculteciam in Godeschewo.

In nomine domini amen. Nos frater Mathias abbas monasterii Lindensis ordinis Cisterciensis Gneznensis dyocesis una cum fratribus nostris testimonium presentium publice protestamur quod pye recordacionis dominus Mathias quondam abbas in Landa noster antecessor hereditatem nostri monasterii dictam Godeschewo in terra Pomeranie sitam cui[dam] Nicolao dicto de Petersthagen tali forma contulit ad locandum:

Nos frater Mathias abbas monasterii Lindensis ordinis Cysterciensis Gneznensis dyocesis ad universorum noticiam hoc presens scriptum intuencium volumus pervenire quod de consilio et consensu tocius nostri conventus Nicolao de Petrischagen anno domini M° CCC° XXX III° exposuimus ad locandum iure Culmensi in villa nostra Godeschewo nomine triginta mansos sub condicionibus que sequuntur. De quibus dictus Nicolaus et sui heredes racione locacionis tres mansos liberos et officium scultecie in prefata villa cum tercio denario de iudicio iudicato iure Culmensi perpetuo possidebunt. Concedimus etiam eidem Nicolao et suis heredibus in nostro lacu piscacionem cum gulgistria que volgariter wyrsa dicitur et cum parvo rethe quod wath nuncupatur. Et quidquid utilitatis in eadem hereditate infra terminos sue locacionis excogitare vel invenire poterit libere possidebit exceptis ferro auro et argento et ceterisque metallorum generibus quorum utilitas ad nos spectabit. De reliquis autem mansis duos mansos liberos ecclesie eiusdem ville contulimus sacerdoti. Porro de residuis mansis censualibus incole predicte ville de quolibet manso tres fertones et duos pullos in festo beati Martini confessoris usque ad annum domini millesimum trecentesimum quadragesimum quintum

Sed deinceps unam marcam et duos pullos ipso die beati Mar-
tini pro ann(u)o censu solvere tenebuntur, qui eciam incole
ad communia terre servicia tenebuntur. Item in pascuis
privatis scilicet hegewide, in pratis et pascuis porcorum
tempore glandinum. in terminis ipsorum magister curie
nec aliqui homines eos impediant nec pecora eorum in
ipsis pascent ~~nec~~ nisi de eorum convenientia et consensu. In
communibus vero pascuis magister curie pascendi sua
pecora ius habebit. Tabernarii vero eiusdem nostri ville
in lignis aquis pascuis cum aliis incolis dicte ville li-
bertatem similem consorcientur, qui tabernarii de universis
tabernis nobis annis singulis sex marcas solvere tenebuntur.

Frater Johannes quondam abbas prefati monasterii nostri ante-
cessor noster cum concilio et consensu nostri conventus cum
idem tabernarii eorum defectum coram ipso proposuerunt sa-
tis querulose eorum peticionibus acquievit compaciendo sta-
tuens ut idem tabernarii singulis annis in festo beati
Martini quintam dimidiam marcam solvere debeant sine
mora. Concedimus eciam sepedictis[a] incolis cuiuscunque ai (?) (artis)?
quorumcunque contradiccione non obstante ut sua pecora
in nostro lacu poterint adaquari. Datum et actum in
Landa nostro monasterio memorato feria tercia infra
octavas purificacionis Marie virginis gloriose anno domini mil-
lesimo CCCC° XLV° presentibus nostris fratribus Alberto anti-
quo abbate, Gothfrido priore, Hinrico supriore, Volmaro ~~fix~~ gra-
nario necnon magnifico viro domino Martino de Slawisko
palatino Calisiensi ceterisque pluribus fide dignis. Ut igitur
premissa robur perpetue firmitatis obtineant presentem
paginam tam nostro quam nostri conventus sigillo de-
dimus communitam in omni predictorum.

a) se predictis K.

[Perlbach]

52

184

Kölner Cop. fol. 39a.b n. 83.

1445. Dezember 3. Lad.

Abt Matthias von Lad verleiht dem Müller von Zagorowo ein Privilegium.

Copia privilegij super molendinum in Zagorowo.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam humana memoria eternitati non commensuratur, expedit igitur ut ea que in humanis sinit negociis ad perpetuitatis ratitudinem deducantur proborum testimonio et sigillorum munimento. Proinde nos frater Mathias abbas et totus conventus monasterii in Landa ordinis Cisterciensis significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presentis privilegii seriem inspecturis et audituris quomodo prehabito salubri consilio et ~~con~~ unanimi voluntate fratrum nostri conventus dedimus et damus concedimus et concessimus ad tempora perpetua provido. Petro dicto Stopycz molendinatori nostri molendini in Tharschewo et suis successoribus molendinum aquaticum cum area et orto eidem molendino contiguis secus civitatem nostram Zagorowo expositum super terram mensuram omnium emolumentorum, in quo molare, braseum ordire wlgariter walcowacz, stamina panni, tundere scrutum ordeum ac cortices ipsarum arborum et quodlibet granum molandi habebit facultatem registrando rothas prout sibi melius et utilius visum fuerit expedire. Addimus eciam et incorporamus eidem predicto molendinatori et suis successoribus libertatem exponendi et locandi de hoc molendino aquatico molendinum equinum si opportunum fuerit super terciam mensuram pro molando brasco et ordiandis wlgariter walkowacz staminibus panni in loco in quo sibi visum fuerit competenciori, pro quibus edificandis nos et conventus dare et educere robora tenemur et predictus molendinator et sui successores tenetur propriis impensis et

laboribus excidere robora et edificare, pro lapidibus vero molaribus et ceteris instrumentis ferreis comparandis nos cum conventu duos et predictus molendinator et sui successores tercium denarium impendet. Item dedimus et damus predicto molendinatori et suis successoribus unum gimentarium wlgariter morg extirpandum et ~~ex~~za-dicandum pro prato libere habendo. Poteritque eciam prefatus molendinator et sui successores libere in fossata post molendinum circa aream sitam pisces piscari sine nostri monastery dampno cui eciam sicut et ceteris incolis civitatis predicte Zagorowo in paludinibus fluvii alias Long piscari et rubetum alias loza pro igne et in borra predicte civitati Zagorowo per nos data ligna et robora pro edificiis et necessitate excidere libere licebit [x] iuxta tenorem littere dicte civitatis. [x fol. 39b] Predictus autem molendinator et sui successores annis singulis perpetue duraturis nobis et nostro monasterio duos porcos et sibi tercium tenebitur de emolumentis prefati molendini saginare. Prandium autem idem molendinator pro tempore pro domino abbate semel in anno tenebitur facere et ministrare. Item dedimus et damus prefato molendinatori et suis successoribus aream cum orto et prato sibi continuis in circulo in parte advocati domum ibidem edificandam et perpetue possidendam cum libertate viginti annorum sicut et ceteris suis vicinis. De manso vero uno vel medio quem super Zagorowo predictus molendinator et sui successores emerit nobis censum sicut ceteri incole dicte civitatis Zagorowo tenebitur meliorare et a laboribus omnibus monasterio consuetis alias zaczęngli esse liber~~os~~um et exemptum quem et nos ab eisdem laboribus eximimus et liberamus. Predictus eciam molendinator et sui successores contra ipsum conquerulantibus non alibi quam in suo molendino iuxta suum ius Polonicum ad obiecta tenebitur respondere, hoc excepto quod incolis nostris predicte civitatis cum quibus vicinate perfruitur in iure Theutunico respondebit. Item volumus et ex nunc decernimus quod

incole civitatis nostre predicte Zagorowo nullibi quam in molendinis nostris brasea et annonas suas audeant molare nec non et stamina panni ordire alias walcowacz. Quorum molendinorum terciam mensuram cum omnibus pertinenciis et proventibus predictus molendinator et sui successores poterit vendere commutare donare et in usus meliores convertere et appropriare prout sibi melius et utilius videbitur expedire. Ut autem huius modi nostra donacio omniaque et singula hic expressa posita et contenta robur perpetue optineat firmitatis presentem litteram seu privilegium de nostra certa sciencia scripta et scriptum nostrorum sigillorum scilicet abbatis et conventus munimine iussimus communiri. Actum et datum in predicto nostro monasterio Landa feria sexta proxima ante festum nativitatis gloriosissime virginis Marie anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto presentibus honorabilibus ac religiosis fratribus monasterii predicti Gothfrido priore, Alberto antiquo abbato, Gerhardo plebano in Landa, Henrico suppriore, Adam magistro textorum alias wyeleynsky, Volmaro granario, Hermanno magistro curie in Coschuthi, Iohanne cantore et Michaele in Slupcza, Stanislao in Zagorowo ecclesiarum parrochialium rectoribus, Matthiaque vicario ibidem in Zagorowo nobilibusque et providis viris Swanschkone de Golczewo, Iohanne filio suo, Drogoslao de Curowo, Iohanne de Schethlewo heredibus, Stanislao Bayek procuratore in Drzewcze et Stalczer prothoconsule in Wrzesznya et aliis pluribus fidedignis testibus ad premissa. Et me Nicolao de Slupcza notario predicti monasterii qui hec premissa omnia de mandato prefati venerabilis domini Mathie abbatis et conventus scripsi et sigillavi.

[Perlbach]　　53　　186

Kolner Cop. fol. 39b 40b n. 84.

1445. September 3. Ląd.

Abt Matthias von Ląd setzt die Stadt Zagorowo zu deutschem Recht aus.

Copia privilegy super Zagorowo civitatem

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Omnium rerum
gesta labuntur a memoria nisi robore litterarum testimoniisque ve-
dicorum publice fuerint solidata. Proinde nos frater Mathias abbas et totus
conventus monasterii in Landa ordinis Cisterciensis significamus tenore
presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presentis pri-
vilegii seriem audituris et lecturis, quomodo iuxta privilegium serenissimi
principis et domini domini Wladislai dei gratia regis Polonie monasterio
nostro generose datum et concessum de villa nostra Zagorowo in districtu
Coninensi sita civitatem in iure Theotunico locavimus et construximus
x ut autem dicta civitas eo melius per homines inhabitetur x fol. 40a et edificetur
predictis civibus libertatem viginti annorum concedimus graciose per
quos viginti annos nullam exaccionem nobis solvere tenebuntur. Ad
quamlibet autem aream damus unum ortum cum prato. Item
dicti cives libere pascere poterint infra granicies prefate civitatis Za-
gorowo omnia pecora sua et pecudes sine dampno monastery et vi-
cinorum et eciam porcos seu scrophas poterint et habebunt facultatem
mittere ad glandines tunc primo et non prius nisi quando porci
monasterii ad dictas glandines mittentur. Poterunt eciam dicti ci-
ves piscari pisces cum parwo rethi dicto Zabrodnya et clomya in
fluvii paludi(m)bus sed non in fluvio nec in lacu et sine dampno
obstacularum alias yaszi. Addimus eciam et incorporamus predicte
civitati ad tempora perpetua borram infra granicies predicte ci-
vitatis incipiendo a via Gemyelczynska dicta usque ad granicies vil-
larum parwa Wronczino et Nyedamirzs, in qua borra advocatus et
molendinator pro tempore idem ius ut alii cives habebunt. Liberamus
autem omnes cives predicte civitatis Zagorowo ad tempora perpetua
ab omnibus laboribus alias zaczanghi monasterio consvetis hoc ex-
cepto quod borram si incensa fuerit tenentur extingwere et aggerem
penes molendinum et stagnum ibidem in Zagorowo si ruptus sive
destructus fuerit tenebuntur reformare. Hii autem cives seu incole
qui agros emerint et habebunt ibidem in Zagorowo aut super
Drzewcze tenentur nobis censum meliorare et ab omnibus laboribus
alias zaczanghi sint liberi et exempti, quos et nos ab eisdem laboribus
eximimus et liberamus. Item volumus et easunc decernimus ut

quam primum dicta civitas fuerit edificata et inhabitata et cervisie brazabun-
tur, quod thabernatores in villis nostri monasterii circa dictam civitatem
Zagorowo sitis non debent amplius cervisiam brazare ad vendendum sed
in dicta civitate Zagorowo emere et in propriis thabernis propinare.
Volumus eciam ut incole seu cives predicte civitatis Zagorowo nullibi
quam in molendinis nostris ordire alias walkowacz stamina panni
ac brasea et annonas suas audeant molare. Adiungimus eciam et
damus predictis civibus ac advocato et molendinatori pro tempore
rubetum wlgariter Loza preter ligna stancia et pro edificiis valen-
cia in paludinibus fluvii alias Long pro igne excidere ad tempora
perpetua. Item eidem civitati Zagorowo damus coretum pro fru-
mentis mensurandis et amphoras et alias mensuras pro cervisia
vendenda prout in civitate Pysdri, in qua civitate Pysdri pre-
fati nostri cives ius recipient et requirent. Plebano autem ibidem
in Zagorowo prenominati cives de qualibet domo inhabitata ra-
cione missalium alias pro columbacione ad festum nativitatis
Christi singulis annis per unum grossum solvent, illi autem ci-
ves qui agros habebunt solum missalia prout ab antiqwo solvi
consweta fuerit eidem plebano solvent, de domo autem nichil da-
bunt eidem. Ad quorum omnium evidenciam et testimonium
firmissimum premissorum presentem litteram seu privile-
gium de nostra certa sciencia scripta et scriptum nostrorum
sigillorum scilicet abbatis et conventus munimine iussimus com-
muniri. Actum et datum in predicto nostro monasterio Landa
feria sexta proxima ante festum nativitatis gloriosissime vir-
ginis Marie anno domini millesimo quadringentesimo quadra-
gesimo quinto presentibus honorabilibus ac religiosis fratribus
nostri monasterii predicti Gothfredo priore, Alberto antiquo ab-
bate, Gerhardo plebano in Landa, Henrico suppriore, Adam ma-
gistro textorum alias wyelynsky, Volmaro granario, Hermanno ma-
gistro curie in Coschuti, Johanne cantore et Michaele in Slupcza
Stanislao in Zagorowo ecclesiarum parochialium rectoribus Matthia-
que' vicario ibidem in Zagorowo, nobilibus et providis viris Swanskone
x fol. 40b
de Golczewo, Johanne filio suo, Drogoslao de Curowo, Johanne de
Schethlewo heredibus, Stanislao Bayek procuratore in Drzewicze
et Stalczer prothoconsule in Wrzesnya et aliis pluribus fidedignis
testibus ad premissa et me Nicolao de Slupcza notario prefati
monasterii qui premissa omnia de mandato prefati venerabilis
domini Mathie abbatis et conventus scripsi et sigillavi.

[Perlbach] 54 187

Kölner Cop. fol. 40b 41a n. 85.

1445. September 3. Ląd.

Abt Matthias von Ląd verleiht dem Krzan von Golina die Vogtei von Zagorowo.

Copia privilegy super advocacia in Zagorowo

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter cetera humane condicionis comoda rerum temporalium nichil dignius memoria habeatur expedit igitur ut gesta hominum que consweuit absorbere oblivio fidedignorum testimonio et litterarum munimine perhennentur. Proinde nos frater Mathias abbas et totus conventus monasterii in Landa ordinis Cisterciensis significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris in quorum audiencia hoc presens privilegium fuerit recitatum, quomodo ex arbitrio salubri consilii et consensu unanimi fratrum nostri conventus attendentes fidelia servicia providi Krezan de Golina nobis in monasterio nostro multipliciter exhibita volentes huiusmodi eum pro suis meritis reddere contentum eidem et suis successoribus ad tempora perpetua dedimus et damus concedimus et concessimus advocaciam in civitate nostra Zagorowo in districtu Coninensi sita ad quam advocaciam eidem advocato et omnibus suis successoribus addidimus et adiungimus duos mansos super campis Drzewcze et tercium in Zagorowo liberos et ab omni exaccione et censu exemptos cum pratis ad eosdem mansos pertinentibus. Item pratum dictum wlgariter Zyrcz super villa Scokom in silva alias Long penes fluvium et unum piscatorem super lacubus uno super Zagorowo et alio dicto Trzane super campis Drzewcze, qui piscator omnibus parwis instrumentis dempta sola sagena wlgariter nyewod et tragmine alias wlog pro necessitate advocati habebit piscandi facultatem. Dedimus eciam et damus eidem advocato et successoribus suis duas areas continuas et lacus ut alii vicini habent cum duobus macellis carnificum et duobus sutorum et pistorum similiter duobus, pro nobis et nostro monasterio quot necessaria fuerint ~~et~~ reservatis et de omni re iudicata parwa et magna penas iudiciales tercium denarium et omnia iuramenta, resignaciones vero predicto advocato cum scabinis damus iuxta consuetudines aliarum regalium civitatum. De balneo autem idem advocatus cum successoribus suis tercium denarium habebit, pro structura tamen eiusdem balnei tercium similiter denarium impendet, hoc excepto quod nos abbas cum conventu in hac prima locacione nowa ipsius balnei robora tenemur dare pro structura. Habebit eciam facultatem dictus advocatus cum suis successoribus servare greges pecorum et pecudum iumentorum indomitorum alias swierzepky et per se poterit pascere absque dampno monasterii et vicinorum. Poterit eciam servare canes quoscunque et awes et venacionem ferarum aucupacionemque awium inter granicies dicte civitatis Zagorowo

libere exercere. Item dictus advocatus pro tempore in borra predicte civitati per nos data pro edificiis suis et necessitate libere et perpetualiter ligna et robora excidet cum rubeto pro igne in paludinibus fluvii alias Long iuxta tenorem littere civitatis. Predictus autem advocatus et sui successores servabit equm valoris trium marcarum in quo nobis et monasterio nostro solum ad sex miliaria ~~non~~ ulterius in propriis expensis et sub proprio dampno eiusdem equi tenebitur servire, ~~idem~~ nec ipse advocatus eundem equm suum debet aut tenebitur ad aliquos alios dare labores nisi solus in ipso servicio modo premisso. Libertamus tamen eundem advocatum et suos successores ab omnibus serviciis usque ad spacium viginti annorum a data presencium incipiendo hoc solum excepto quod si agger penes molendinum ibidem in Zagorowo rumperetur aut borra incenderetur tunc ipse advocatus cum omnibus incolis dicte civitatis Zagorowo tenebitur ad reformacionem dicti aggeris et extinccionem ignis in [x] borra. Prandium autem idem advocatus pro tempore pro domino abbate predicti monasterii semel in anno dum celebrabitur iudicium magnum bannitum tenetur facere et ministrare. Quam advocaciam cum omnibus suis attinenciis et proventibus predictus advocatus et sui successores poterit vendere commutare donare et in usus proprios prout sibi melius visum fuerit [a] convertere et appropriare. Ut autem huiusmodi nostra donacio omniaque et singula hic expressa posita et contenta robur perpetue optineat firmitatis presentem litteram seu privilegium de nostra certa sciencia scriptam et scriptum nostrorum sigillorum scilicet abbatis et conventus munimine iussimus communiri. Actum et datum in predicto nostro monasterio Landa feria sexta proxima ante festum nativitatis Marie virginis gloriosissime anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto presentibus honorabilibus et religiosis fratribus nostri monasterii predicti Gothfrido priore, Alberto antiquo abbate, Henrico suppriore, Gerhardo plebano in Landa, Adam magistro textorum alias wyeleynsky, Wolmaro granario, Hamanno magistro curie in Coschuli, et Michaele in Slupcza Stanislao in Zagorowo ecclesiarum parrochialium rectoribus Mathiaque vicario ibidem in Zagorowo nobilibus et providis viris Iwanschcono de Golczewo et Iohanne suo filio, Drogoslao de Curowo, Iohanne de Schethlewo heredibus ac Stanislao Bayek procuratore in Drzewcze et Stalcer prothoconsule in Wrzesznya et aliis pluribus fidedignis testibus ad premissa et me Nicolao de Slupcza notario predicti monasterii qui hec premissa omnia de mandato prefati venerabilis domini Mathie abbatis et conventus scripsi et sigillavi.

x fol. 41a

a) Infinitur expod aurz. K.

1447
Febr. 3. w Klasztorze Lubińsk.

[Pękanowski, nr 170] 188 210

Stephanus abbas, Venceslaus prior, Franciscus custos, Petrus claviger, Sandivogius in Antiqua Gostyn, Stanislaus Nove curie prepositi, Clemens celerarius monasterii Lubinensis 1447 in crast. Purif. S. M. V., in monast. Lubinensi; na prośbę Jana Czalewa burmistrza, Piotra Bambanet, Piotra Narożny, Marcina Pyszny, Klemensa Bagansky rajców m. Krzywina odnawia przywileje tegoż miasta zawierające lokację na prawie niemieckiem tudzież i różne wolności, które w skutek wojen i pożarów ~~tegoż~~ zniszczały. Miasto Krzywiń ma posiadać te same prawa, urządzenia i wolności co miasta Królewskie Poznań, Kościan, Śrem i inne, mianowicie ~~wag~~ libram als. waga, rasoria vulgo postrzygalnia, correctionem rebellium et reformationem maleficorum omnesque penas parvas, als. kiery, ut sunt gladiorum, cultrorum, cambucarum et omnium armorum, exceptis vulneribus et prohibitionibus eorum, magnasque penas ut dictum est homicidiorum et vulnerum pro nobis penitus reservamus. Oprócz tego nadaje Klasztor miastu rzekę Obrę, począwszy od brodu zwanego Czarny brod aż do ukończenia [illegible], gdzie mieszczanie ~~[illegible]~~ na miejscach równych i ostrowach urządzać [illegible] klasztor zatrzymuje ~~[illegible]~~ ogrody, pastwiska, [illegible] i t. d., oprócz tego wolny połów, ~~[illegible]~~ ogrody, pastwiska, [illegible] i t. d. ... wraz z ostrowami. Również dla siebie tylko ~~[illegible]~~ stawu obok nowego młyna ~~[illegible]~~ otrzymuje miasto wszystkie przedmieścia, które tylko jemu ~~[illegible]~~ [illegible] płacić podatki, oprócz tego pozwolenie założenia stawu ~~[illegible]~~ na rowie miejskim, począwszy od wrot Śremskich wraz z błotem ~~[illegible]~~ aż do końca rowu, pod warunkiem, aby mieszczanie rzeczonemu

~~wyczy~~ tenerentur purgare als. wyczyszczając rów i staw
młyński. Mieszczanom służy także myślistwo cum
waltro, accipitre, niso, szczucie zajęcy, łowienie kuropatw,
krzeczotów i innych ptaków, oprócz tego może każdy z nich trzy-
mać 300 owiec i paść ~~obok~~ wszędzie stada miejskiego, za co ma klasztor-
rowi rocznie dawać barana. Na Boże Narodz. ma miasto da-
wać klasztorowi dwa oktały mocnego piwa Krzywińskiego i dwa
zające lub za ~~każdego połeć słoniny~~ ~~jedną~~ dwie kiełbasy, a na Oczysz-
czenie N.M.P. 14 gr. zw. mon. licząc ~~z~~ każdy po 48 gr. i Ci
zaś co uprawiają rolę od dawna orną, ~~od~~ mają płacić owa po 3 fertony
92. gr., a ~~rolę~~ pola niedawno w Marzyszewie wyrodowane, od łana
po 1 gr. i po 1 fertonie jako dziesięciny. Oprócz tego potwierdza
opat miastu stary przywilej dotyczący pól w Marzyszewie i
uwalnia takowe od wszelkich robót i uciążliwości. Gdyby
mieszczanin chciał mleć w wiatraku klasztornym słód, w ten-
czas ma dać korzec słodu superfluentem als. wierzchowaty, pół korca
owsa dla koni i ćwierć 1 kwadranta, gdyby zaś w młynie wodnym,
w tenczas słodu nie ma dawać. Gdy kto chce warzyć piwo w kotle
(wartago) klasztornym, płaci 1 gr., ~~i tyle~~ nie ma go jednak pod
karą 10 kamieni przymuszać, tyleż płaci, kto w własnym kotle warzy.
Ponieważ zaś mieszczanie wszystko poić bydło w rowie idącym
od starego do nowego młyna, a przez ~~to~~ co tenże zachodzi piaskiem
tak że młynowi nie dochodzi dość wody, ~~zatem~~ klasztor za
pomocą mieszczan obowiązuje się tenże rów wedle potrzeby
oczyszczać. Z ogrodów leżących nad. Obrą zostawia klasztor
dla siebie 3, t.j. ogród za młynem, przed miastem obok młyna, i za
folwarkiem miejskim wzdłuż rowu łączącego oba młyny, z których pierw-
szy lubo dawniej należał do miasta, teraz za tegoż zezwoleniem przechodzi
na własność klasztoru, za co klasztor ma pobierać zamiast 1 korca owsa
jak dawniej, teraz tylko pół korca. Test: Michael de Rogowo, Hinczka
de Medzichod, Dobrogostius de Pozegowo, Vincentius de Rogaszewo terrig.,
Andreas de Lubin, Bartholomaeus de Dalewo plebani, Simon de Golambino notar. publ.
Poznań. Arch. Consistor. capit. Acta I.a. 1582–86.

[Perlbach]

55

189

Kölner Cop. fol. 41a.b n. 86.

1447. November 10. Lad.

Abt Matthias von Lad erneuert das Schulzenprivilegium von Mokownicza.

Copia privilegy super sculteciam in Mocownicza.

In nomine domini amen. Cum in hoc fluenti tempore ad humane pravitatis tumultum fraus et decepcio copiosius inundaverunt, expedit igitur ut iniquorum fallacia et astucia per proborum virorum providenciam et testimonium firmiter roborentur. Proinde nos frater Mathias divina paciencia abbas et totus conventus monasterii Landensis ordinis Cisterciensis Gneznensis dyocesis significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis presentibus et futuris presentis privilegii seriem lecturis et audituris, quomodo constitutus coram nobis providus Sandek in Mocownicza nostra villa scultetus patris sui Dobek quondam sculteti ibidem verus heres et legittimus successor cum laboriosis kmethonibus nostris consanguineis et vicinis suis ceterisque pluribus fidedignis querulose protulit quod privilegium sue sculteci in Mocownicza nostra villa memorata sit per latronum invasionem et perfidiam raptum et subtractum cum devotarum humiliumque precum instancia supplicans et exorans quatenus divine remuneracionis ob intuitum et insticiam eius conferendam sibi cum privilegio dignaremur subvenire ne maleficorum presumpcio per retencionem vel eciam invencionem eiusdem ablati privilegii sibi aut suis posteris aliquando dampnum aut incommodum aliquod generetur. Nos vero sue lacrimabili voci iustisque precibus acclinati de favore et gracia speciali cum consensu et consilio fratrum nostri conventus sculteciam in Mocownicza hereditate nostra sepefata ipsi Sandek tamquam heredi legittimo suisque successoribus possidendam renowamus confirmamus et ratificamus testimonio presencium litterarum cum omni iure Theutunico quo pater suus ceterique sculteti ibidem ab inicio possiderunt videlicet quod dictus scultetus Sandek cum legittimis suis successoribus racione sepedicte scultecie in ipsa hereditate nostra duos mansos liberos una cum luto protenso a sue aree extravillalibus wlgariter zaplosky usque ad gades et alveum wlgariter strughe et sarnicze, habeat colat iure hereditario imperpetuum libere et quiete pos-

sidendos. Confirmamus eciam ipsi Sandek sculteto suisque successoribus legitti-
mis in prescripta villa nostra Mocownicza thabernam secus ipsius sculttecie
aream sitam, pistrinum, maccellum, sutorium et fabricam habendam pro
sua utilitate et tercium denarium de omnibus adiudicatis sibi tollat. Insu-
per memoratus Sandek scultetus suique legittimi successores annis singulis
et perpetuis pro decima octo schotos currentis monete polonicalium nobis et
nostris successoribus solvere tenebitur et in equo valoris duarum marcarum
servire.[x] Kmethones vero in ipsa villa residentes cum suis posteris de [x fol. 41b] quoli-
bet manso annis singulis quatuordecim schotos currentis monete Polonica-
lium racione census annui et perpetui ad festa beati Martini confessoris
mediam sexagenam oworum ad festum Pasce et duos pullos gallorum ad
festum assumpcionis Marie gloriossime virginis nobis et nostris successoribus
solvere tenebuntur. Item prefati incole de quolibet manso super agro curie
nostre in Scorpzanczino bis in quolibet anno scilicet in ~~in~~ vere et authumpno
unum gimentarium agri wlgariter morg colere seminare nostris segetibus
et arpicare, prata falcastrare et fenum rastrare tenentur. Ceterum sculte-
tus pro tempore et preenarrati incole duo prandia dum celebrabuntur ban-
nita iudicia nobis aut nostris presidentibus facere et ministrare tenen-
tur. Omnia eciam servicia et honores que vel quos nobis ceteri villani nostri
in villis nostris exhibent secundum ius predictum nobis exhibebunt. Ut
autem huiusmodi nostra confirmacio et ratificacio omniaque et singula hic
expressa posita et contenta robur perpetue optineat firmitatis presentem litte-
ram sive privilegium de nostra certa sciencia scriptá et scriptum nostrorum
sigillorum scilicet abbatis et conventus munimine iussimus communiri, recla-
mantes in hiis scriptis detestantes et reprobantes in nichilumque redigentes ipsum sub-
tractum privilegium iniquorum versucia declinante taliter ut ostensor ipsius predicti
perdi(ti) privilegii siquis fuerit pro iniusto fraudulento et reprobo ab omnibus et
singulis habeatur. Actum et datum in predicto nostro monasterio Landensi anno
domini millesimo CCCC°. XLVII feria sexta in vigilia sancti Martini confessoris pre-
sentibus honorabilibus et religiosis fratribus nostri monasterii predicti Alberto antiquo
abbate, Wolmaro priore, Johanne suppriore, Gothfrido plebano in Landa, Adam
granario, Hermanno rectore curie in Cossuthi, Cornelio rectore domus texto-
r~~um~~ie alias Wyelynsky, Johanne rectore magne curie, Barthossio rectore curiarum
in Scorzanczino et Cownathi et nobilibus Swanthcone in Golczewo Johanne in
Schethlewo heredibus et me Nicolao de Slupcza notario prefati monasterii
Landensis qui hec premissa omnia de mandato prelibati venerabilis patris
et domini domini Mathie abbatis et conventus scripsi et sigillavi.

1448.

(Sm. 5.)

190

[Wierzbowski, T. 1, nr. 77. Reg.]

Anno 1448, die 19. Martii in Radom, Petrus de Wyszmontów, judex, et Nicolaus de Panchowice, subiudex terrae Sandomiriensis generales, amicabilem compositionem ~~ad~~ et commutationem bonorum, quam coram officio ipsorum fecerunt: Mathias, abbas Monasterii Sulejoviensis, et nobilis Petrus, haeres de Sławków, profitentur.

Nos Petrus de Weschmuntkow[1.] (judex), et Nicolaus de Panchowicze[2.] (subiudex terre Sandomiriensis (generales), Significamus tam presentibus, quam futuris, quibus expedit universis, presencium p(aginam inspecturis) quomodo ad nostram n(ostrorumque) assessorum accedentes personaliter presenciam, (venerabilis dominus Mathias, abbas Monasterij Sulijeowiensis[3.] (cum suo Conventu ab vna, et nobilis Petrus .... Slawkow[4.], parte ex altera, non compulsi, non coacti, neque aliquo errore circumventi, sed sani mente, pariter et corpore existentes, freti maturo consilio suorum amicorum, fassi sunt, et publice recognoverunt inter se fecisse (divisionem?) .... talem bonorum suorum in hunc modum. Quia predictus Petrus Mijszlek, memorato domino Mathie, (Abbati Suleiowiensi[3.], et suo Conventui comutsavit (s.), et perpetualiter resignavit villam suam, dictam Slawkow[4.] .... (Skrzin, et in districtu Radomiensi[5.] iacentem, cum omni jure, et dominio, nec-

non cum omnibus, et singulis prouentibus) redditibus, fructibus, censibus, obuencionibus, agris, campis, pratis, pascuis, siluis, borris ....
................, nemoribus, venacionibus, gajs, rubetis, piscinis, piscarijs, fluuijs, obstaculis, molendinis, (aquis, et aquarum) decursibus, et cum vniuersis pertinencijs, quibuscunque dicantur nominibus, prout solus tenuit, habuit, (tenuit, et ~~tenuit~~ possedit), nihil juris, et dominij in eadem pro se, et pro suis successoribus legittimis penitus excipiendo, Preterea cum vniuersis possessionatis, siue laneis in villa Zijchlin[6], in districtu Lanciciensi[7] iacentibus. In vno sedet......
.....(in alio) Jacobus, in tercio Johannes Smetho sedet, cum omni jure, et dominio, prout ad dictos laneos (spectat), et pertinet, nichil in eisdem penitus excipiendo. - Et memoratus dominus Mathias, abbas, cum suo conuentu), prefato Petro Mijslek debent superaddere centum marcas, et decem marcas, et domina Elizabeth, consors prefati Mijslek recessit a suo jure dotis, et dotalicij, si quod ibidem in Slawkow[4] haberet, et memoratus (dominus) abbas cum suo conuentu, et predictus Petrus Mijslek debent se mutuo tueri, et intercedere pro eadem concordia a) qualibet persona secundum quod ad quam personam pertinet prescripcio. Et prenominatus Petrus Mijslek memorato domino Mathie, abbati, et suo conuentui, coram jure dedit intromissionem in predictam villam Slawkow[4], et Swanch ministerialis, datus est ipsis de jure ad

intromittendum in eandem. Harum, quibus in testimonium litterarum, sigilla nostra presentibus sunt appensa, actum et datum in Radom[5.)], feria tercia proxima post dominicam Ramis palmarum, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo (octavo), presentibus hijs dominis: Nicolao de Suligosthow[8.)], Nicolao de Mijechow[9.)], Johanne de Woyslawicze[10.)], Stanislao?) de Chroszlicze[11.)], Dominico de Kochanow[12.)], Andrea Regula de Dambrowka[13.)], et alijs quampluribus fidedignis etc.,—

Dokument oryginalny pergaminowy uszkodzony przez wilgoć, a nadto wygryziony na szerokość około 2^ch cm. przez całą wysokość kolumny pisma, na lewym skrzydle.— Obu pieczęci brak; pozostały po nich dwa paski pergaminowe we właściwym miejscu. Na odwrotnej stronie dokumentu znajduje się notatka z wieku XVI-go, zawierająca jego streszczenie i datę: „1448."— Własność WP Władysława Smoleńskiego z Warszawy.—

√ skąd nawiasy i kropki w odpisie.

1.) Wyszmontów, gub. Rad. pt. Opatows. par. Bidziny.

7, 2.) Miejscowość dziś nieistniejąca.—

3.) Sulejów, os. par. w gub. i pow. Piotrkowskim.

4.) Sławków, wś. par. w gub. Kielec. pow. Olkuskim.—

5.) Radom, mto. gub. w Król. Pols.

6.) Żychlin, os. par. w gub. Warszaw. pow. Kutnowskim.

7.) Łęczyca, mto. pow. w gub. Kaliskiej.—
8.) Sulgostów, gub. Radoms. pt. Opoczyński, par. Klwów.
9.) Miechów, mto. pow. w gub. Kieleckiej.
10.) Wojsławice, gub. i pow. Radomski, par. Skaryszew.
11.) Chruślice, Gub. i pow. Radomski, par. Cerekiew.
12.) Kochanów, gub. i pow. Radomski, par. Wieniawa.
13.) Dąbrówka, gub. i pow. Radomski, par. Kowala Stępocina.

192

(d.

(1448. [19. III.]


[Wierzbowski, t. 1, nr. 77, Reg.]

Nos Petrus de Weschmuntow, judex, et Nicolaus de Panchow, subiudex terrae Sandomiriensis generalis, significamus tam presentibus, quam futuris, quibus expedit vniuersis, presencium per tenorem, quomodo ad nostram, nostrorumque assessorum accedentes personaliter presenciam venerabilis dominus Mathias, abbas Monasterij Suleowiensis cum suo conuentu ab vna, et nobilis Petrus, alias Miszlek de Slawkow, parte ex altera, non compulsi, non coacti, neque aliquo errore circumventi, sed sani mente, pariter, et corpore existentes, freti maturo consilio suorum amicorum, fassi sunt, et publice recognouerunt, inter se fecisse comutacionem perpetualem bonorum suorum in hunc modum: quia (s.) predictus Petrus Miszlek memorato domino Mathie, abbati Suleowiensi, et suo Conuentui comutauit, et perpetualiter resignauit villam suam, dictam Slawkow sub opido Skrzin, et in districtu Radomiensi iacentem, cum omni jure, et dominio, necnon cum omnibus, et singulis vtilitatibus, redditibus, fruc-

tibus, censibus, obvencionibus, agris, campis, pra-
tis, pascuis, siluis, borris, mericis, mellificijs,
nemoribus, venacionibus, gajs, rubetis, pisci-
nis, piscarijs, fluuijs, obstaculis, molendinis,
aquis, et earum decursibus, et cum vni-
uersis pertinencijs, quibuscunque dicantur
nominibus, prout solus tenuit, habuit,
et possedit, nichil iuris, et dominij in eadem
pro se, et pro suis successoribus legittimis
penitus excipiendo, pro tribus mansis posse-
ssionatis, siue laneis in villa Zychlin, in di-
strictu lanciciensi iacentibus; in vno sedet
Poschek, in alio Jacobus, in tercio Johannes,
kmetho sedet, cum omni jure, et dominio,
prout ad dictos laneos spectat, et perti-
net, nichil in eisdem penitus excipiendo.
Et memoratus dominus Mathias, abbas,
cum suo Conuentu, prefato Petro Mischlek
debent superaddere centum marcas, et
decem marcas. Et domina Elizabeth, con-
sors prefati Petri Mischlek recessit a suo
jure dotis, et dotalicij, si quod ibidem
in Slawkow haberet; et memoratus do-
minus abbas cum suo conuentu, et
predictus Petrus Mischlek, debent se mu-
tuo tueri, et intercedere pro eadem com-
mutacione a qualibet persona, secundum
quod ad quam personam pertinet pre-
scripcio. Et prenominatus Petrus Mischlek
memorato domino Mathie, abbati, et suo
conuentui coram jure dedit intromissionem
in predictam villam Slawkow, et Swanch,
ministerialis datus est ipsis de iure ad

intromittendum in eandem. – Harum, quibus in testimonium litterarum, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum, et datum in Radom, feria tercia proxima post dominicam Ramispalmarum, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, presentibus hijs dominis: Nicolao de Suligasczthow, Nicolao de Myechow, Johanne de Woyslawicze, Stanislao de Chroszlicze, Dominico de Cochanow, Andrea Regula de Dambrowka, et alijs quampluribus fidedignis. –

Transsumpt z dokumentu, zamieszczonego w zbiorze niniejszym pod N^rem 7^{m}. –



194

Sm. 7.

1450. [1.I.]

[Wierzbowski, T. 1, nr. 77. Reg.]


In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis, gestis sub tempore versantibus imposterum pariat impedimenta, alta et matura Regum, et principum consilia decreverunt ea litterarum apicibus perhennari, vt sic tractatu temporis salva permaneant, et illesa. Proinde nos, Kazimirus, dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Dobrinie; Magnus dux Lithwanie, Pomorie (s.), Russieque dominus, et heres, significamus tenore presencium, quibus expedit vniversis, presentibus, et futuris, quomodo in nostre celsitudinis presencia constitutus venerabilis, et religiosus Mathias, abbas monasterij Sulecoviensis, suo, et conventus sui nominibus, nobis instantissime supplicavit, quatinus quandam litteram adiudicatoriam sub titulo, et sigillis generosorum Petri de Weschmuntkow, judicis, et Nicolai de Panchow, subiudicis terrae Sandomiriensibus ~~(?)~~ generalium, in et super bona Slawkow, in districtu Radomiensi sita, cum nobili Petro, alias Mischlek,

de Slawkow, pro tribus mansis, siue laneis in villa Zycholin, in districtu lanciciensi iacentibus, pro centum, et decem marcis, comutata (s.), eximiata nobis clemencia pro rato habentes, approbaremus, ac ad ipsam nostrum regium prebere consensum dignaremur, cuiusquidem litterae tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis: (Sequitur littera No 2). Nos itaque huiusmodi supplicacionibus, tamquam iustis, et racioni consonis, annuentes, quod quia (s.) iusta petentibus, consensus non sit denegandus, memoratam litteram, ac in ea contenta, in et per omnia ratam, et gratam habentes, ad ipsam nostrum regium consensum damus, et prebemus, decernentes ipsam robur perpetue firmitatis obtinere. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est appensum, Actum Sandomirie, ipso (s.) die Circumcisionis Domini, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, presentibus hijs: Reuerendissimo in Christo patre, domino Sbigneo, cardinali tituli sancte Prisce, presbitero, episcopo cracouiensi; magnificis, generosis, ac strenuis: Johanne de Czizow, castellano, et capitaneo cracouiensi, Johanne de Oleschnicza, pallatino; Hedborio de Conyecpole, castellano sandomiriensibus, Johanne de Conyecpole, cancellario; Cresslao de Curoswanki, castellano lublinensi, et Nicolao de Ossolin, woynicziensi; Johanne Kmitha de Wisnicze, leopoliensi, et Petro de Prochnik, premisliensi, castellanis, et alijs quampluribus

fidedignis. Datum per manus magnificorum: Johannis de Conyeczpole, cancellarij, (et) Petri de Szczecoczini, vicecancellarij Regni Polonie.

Ad relacionem Venerabilis Jacobi de Senno, prepositi Cracouiensis.—

Dokument oryginalny pergaminowy, nieźle zachowany. Pieczęci brak; pozostał po niej w miejscu właściwym sznur jedwabny z nitek czarnych, purpurowych i białych skręcony. Na odwrotnej stronie dokumentu znajduje się rubrum z wieku XVI, zawierające treść i datę samego aktu.— Własność Wgo Władysława Smoleńskiego z Warszawy.—



Kasimirus dei gracia Rex polonie, Magnus Dux Lithvanie et heres Russie etc. Ad perpetuam rei
memoriam. Salutaribus divorum predecessorum nostrorum Regum polonie inherentes vestigiis,
Sanctam Cracoviensem Ecclesiam eo amplioribus prosequimur favoribus, libertatibus et graciarum
largicionibus, et pro illius commodis et amplitudine eo invigilamus attencius, quanto ipsam
tam Beatissimi Stanislai prothomartyris polonie et Floriani Martyris aliorumque Sanctorum
corporibus et reliquiis, que ibidem recondita sunt, tum aliis prerogativis et preeminenciis a sede apo=
stolica et regibus polonie collatis, eidem recognoscimus inclitam et illustrem. Ea propter, universis et
singulis quibus expedit, presentibus et futuris significamus: quod Reverendissimi in Christo patris Do=
mini Sbignei miseracione divina Tituli Sancte prisce, sancte Romane Ecclesie presbiteri Cardinalis et
Episcopi Cracoviensis, multiplicibus virtutibus et meritis, quibus illum insignivit altissimus, consideratis,
et habito diligenti respectu ad eiusdem multiplicia que in Rempublicam Regni Nostri polonie effudit
obsequia; volentes ipsum et Ecclesiam suam Cracoviensem, in qua sacro loti baptismate et Regio
sumus diademate insigniti, Regiis prosequi favoribus, et ad nostra beneplacita reddere prompcio=
rem, peticionibus suis de certa nostra sciencia annuentes, sibi et suis Successoribus Episcopis Craco=
viensibus, civitatem seu oppidum in villa sua et Ecclesie sue, vocata Biskupicze in terra Lubli=
nensi supra fluvium Gelczew sita, iure Theuthonico Maidebergensi, nomineque eodem et voca=
bulo Biscupicze appellandam, damus tenore presencium exigendi facultatem: in quo forum septima=
nale, singulis quintis feriis in qualibet Septimana, in festo vero Sancte Trinitatis Annuale
forum annis singulis statuimus celebrandum: Dantes et concedentes omnibus Mercatoribus et homi=
nibus utriusque sexus, huiusmodi forum visitantibus, plenam et omnimodam potestatem; o=
mnes mercaciones et res ipsorum, iuxta ritum, observacionem et consuetudinem aliarum civitatum, vendere
emere et eciam permutare, iuxta ipsorum beneplacitum voluntatis. Quam quidem civitatem seu
oppidum cum omnibus et singulis suis attinenciis, appendiis et pertinenciis, prout in suis metis et grani=
ciis, longe, late et circumferencialiter est limitata et distincta, ex nunc de iure polonico in ius Theu=
tonicum quod Maideburgense dicitur, quo alie civitates in regno nostro sibi vicinate gaudent et frun=
tur, transferrimus perpetuo duraturum: Removentes ibidem omnia iura polonicalia, modos et
consuetudines universas, que ipsum ius Theutonicum plerumque consueverunt et solita sunt
perturbare. Eximimus insuper et perpetuo liberamus cives et incolas predicte civitatis Bisku=
picze, presentes et futuros, ab omni iurisdicione et potestate omnium Regni Nostri Palatinorum,
Castellanorum, Capitaneorum, Dignitariorum, iudicum et subiudicum, ceterorumque Officialium
et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo, pro causis tam parvis quam
magnis, puta, furto, homicidio, mutilacione, seu quibuslibet aliis enormitatibus et excessibus
citati, minime respondebunt, nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed cives et incole civitatis predicte
coram Advocato suo et consulibus et iuratis, qui pro tempore fuerint, Advocatus vero coram predicto
domino Sbigneo Cardinali et Episcopo, aut eius successoribus, non aliter quam suo iure Maideburgensi,
de se querulantibus respondere sint astricti. In causis vero criminalibus et capitalibus superius
expressatis, advocato eiusdem civitatis qui pro tempore fuerit, in metis et graniciis eiusdem,
iudicandi, senenciandi, puniendi, corrigendi, plectendi et condemnandi, plenam damus et concedimus omni=
modam facultatem, prout hoc ipsum ius Maideburgense in omnibus suis punctis, clausulis et
condicionibus postulat et requirit. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium pre=
missorum, nostrum iussimus subappendi sigillum. Actum et datum Sandomirie feria quinta ipso
die circumcisionis domini. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo. Presentibus Magni=
ficis Joanne de Czizow Castellano et Capitaneo Cracoviensi. Joanne de Oleschnycza Sandomiriensi, Pe=
tro Odrowansch Leopoliensi palatinis. Predborio de Conyeczpole Sandomiriensi, Joanne Kmytha Leopo=
liensi, Creslao de Curozwanki Lublinensi, Nicolao de Ossolin Voyniciensi, Hinza de Rogow Rospergensi
Regni polonie vicetezaurario, petro de proczenik premisliensi, Castellanis, Nicolao de Porzeze marschal=
co Regni polonie, petro de Szenno venatore, petro de Vezmathow iudice et Nicolao de panthow subiudice
Sandomiriensi, et aliis quam plurimis fidedignis testibus circa premissa. Datum per manus Magnificorum
Joannis de Conyeczpole Cancellarii et Petri de Szczekoczini vicecancellarii Regni Nostri polonie.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 41.)

[Paprocki, list 287.]

1450. [25-VI, Cracoviae.]

Kazimirus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie et heres Russie etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris. Cum in consilio vnacum Magnificis Iohanne de Czizow Castellano et Capitaneo Cracouiensi, Iohanne de Thanczin Palatino Craczouiensi, Iohanne de Olesnicza Sendomiriensi, Petro Odrowansz Leopoliensi Palatinis, Fredborio de Koneczpole Sandomiriensi, et vnacum alijs dignitarijs et baronibus infrascriptis vnanimiter negocia Regni nostri Polonie etc. tractantes et disponentes presidebamus, Ibidemque ad presenciam nostre Magestatis et baronum, consiliariorum nostrorum venientes presencialiter, Generosi et nobiles ac strenui milites et proceres Regni nostri, subditi fideles et dilecti: Petrus Tarnowsky de Tarnowa et Pankowicze, Iohannes de Modlnicza, fratres seniores de paterno clenodio Beranj Rohy et proclamacione Romany, ac Stanislaus Niemsta de Xianz, Iacobus de Trzonow fratres seniores de materno clenodio sagitta et due cruces, de proclamacione Lissowe seu Strempacz, Stanislaus de Zarogow, Iohannes de Nizankowice fratres seniores de clenodio avie alias po babie due lune et crux in medio, de proclamacione Ostoia; Qui fratres seniores de predictis tribus clenodijs in presentia nostre maiestatis et baronum consiliariorumque nostrorum prolunc existencium iurauerunt in hunc modum: Ita nos Deus adiuuet et sancta crux etc. quod Generosus Tomko de Kuichin est frater noster sanguinalis, verus nobilis de sanguine, clenodijs et de proclamacione nostris. Nostra vero Magestas visa et attenta iusticia et rectitudine tanta, et iuramenta eorundem fratrum seniorum contemplandi, de certa nostre Magestatis sciencia et baronum consiliariorumque nostrorum vnanimi voluntate et ~~consilio~~ et consensu et consilio presens scriptum in maius documentum et fidem pleniorem dignata est decernere, desculpere. Harum quibus sigillum nostrum regale et Iohannis de Czizow Castellani et Capitanei, Iohannis de Thanczin Palatini Cracouiensium ac

eorundem fratrum seniorum sigilla consensu, iussu nostro ~~speciali~~ singulari, voluntate consiliariorum sunt appensa literarum. Actum Cracovie publice in castro nostro Cracouiensi, in conuencione generali, feria quinta proxima post festum beati Iohannis Baptiste, Anno 1450. Presentibus hijs magnificis: Gregorio de Branicze Radomiensi, Iohanne Liganza de Bobrek Biecensi Castellanis, Hincza de Rogow thesaurario nostro, Petro Schafranecz de Pieskowa skala Subcamerario Cracouiensi, Iohanne Farurey de Garbow Sandomiriensi dapifero, Iohanne Rey de Sumsko venatore Cracouiensi, consiliarijs et alijs quam plurimis militibus et proceribus fidelibus nostris. Datum per manus Magnifici Iohannis de Koneczpole Regni nostri Polonie Cancellarij, nobis sincere dilecti etc.

Paprocki: Zrdcadlo slawneho Markrabstwij Morawskeho. Olomutii 1593, ~~l.~~ list 287.

[1454, 11.XII]

[Bobrzyński, s.36-104.]

In nomine domini Amen. Cum in legum Constitucionibus salus Reipublice consistat, Pacisque suauitas conseruetur, Proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie Necnon Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Magnus dux lithwanie, Russie, Prussieque, Necnon Culmensis, Elbingensis, Konigsbergensis et Pomeranie Terrarum heres et dominus etc. Attendentes Constituciones predecessorum nostrorum quasdam in obliuionem deductas, alias reformacione, innouacione et alias addicione egere, Ad instanciam omnium Nobilium Regnicolarum Regni nostri coram Nobis constitutorum, de consilio Baronum et Consiliariorum nostrorum Constituciones terrarum prefati Regni nostri duximus innouandas, emendandas et reformandas in melius, Ceteris eciam aliquid adiciendum censuimus, vt Iudices Regni nostri ipsis innixi et ex ipsis erudicione sumpta in iudicando obseruent stateram equitatis.

Inprimis igitur verbo nostro Regio pollicemur omnes Incolas Regni nostri in Iuribus quibusuis ipsis a predecessoribus nostris datis, integraliter conseruare, nulliusque bona sua recipi mandabimus aut aliquem captiuari faciemus, nisi prius fuerit Iure conuictus.

Item pollicemur, quod dum et quando nos extra fines Regni proficisci contigerit, omnibus Terrigenis nostris nobiscum euntibus exoluemus Iura terrestria, videlicet super quamlibet hastam quinque marcas –; pro dampnis eciam et captiuitate ipsis satisfaciemus iuxta quod ipsis a predecessoribus nostris est concessum.

Item cum singula officia suis sunt actibus deputata, pollicemur, quod in Terris Przemisliensi et Sanoczensi nullum Palatinum in Capitaneum Terre preficiemus.

Item cum Indigene pro suis meritis et virtutibus sunt merito forensibus preferendi, pollicemur per presentes, quod dignitates et Castellanatus in Terris prefatis personis benemeritis, etate, intellectu et prudencia vigentibus et Indigenis distribuemus, dabimusque dignitatem illi persone, que illius terre indigena fuerit, in qua dignitas ipsa vaccabit, habueritque bona hereditaria ibidem, vt viam murmuri et displicencijs precludamus.

Item cum bona et possessiones mense regalis nedum pro persona regis, sed et pro tuicione et conseruacione regni sunt a principio ordinata, pollicemur, quod non ponemus in obligacionem pro peccunijs Castra et terras principales seu capitales,

in quibus capitaneatus consistunt; Et si quis a nobis huiusmo-
di terras aut castra sic in obligacionem recceperit, peccunias per
eum datas eo ipso ammittat.
Item pollicemur, quod peramplius perpetuo non expete-
mus aut exigemus aliquas soluciones seu contribuciones personum
aut Sex grossorum a Terrigenis aut ab eorum hominibus, sed in
solucione duorum grossorum de quolibet laneo debebimus esse con-
tenti.
Preterea pollicemur, quod omnibus petentibus a nobis dis-
tinccionem limitacionemque limitum inter bona mense nostre
regalis et bona petenciium limites consenciemus, dabimusque du-
os dignitarios et Succamerarium, qui nomine nostro potestatem
habebunt plenam limites faciendi.
Item pollicemur, quod non dabimus litteras prohibitorias
iusticie aut has, per quas posset impediri aut differri iudicium
in preiudicium alicuius partis actoris aut rei. Quod si aliquan-
do huiusmodi litteras de Cancellaria nostra per importunam
aliquorum instanciam aut alio quovismodo emanare conti-
gerit, sint eo ipso nulle, Iudicesque per huiusmodi litteras iu-
dicare minime sint astricti.
Item Statuimus, quod Capitanei nostri iudicia sua non iu-
dicent in arciori tempore, nisi in Sex Ebdomadis, quodque cita-
cio semper precedat ante vnam Ebdomadam, excepto termino ar-
restacionis vlgariter lyczowany.
Item Statuimus, quod Capitanei non iudicent indistincte
omnes causas, preterquam quatuor articulos: pro concussione
vie regalis, pro incendio, pro Inuasione domus manu violenta,
pro oppressione feminarum, iuxta veterum Iurium obseruanciam.
Item Statuimus, ut Burgrabij Capitaneorum nostrorum
non iudicent aliqua iudicia, nisi habuerint bona hereditaria in
districtu eodem et sint bene possessionati.
Item pollicemur, quod semper in adventu nostro in aliquem
districtum Terrarum nostrarum omnibus petentibus iusticiam fieri
cum Capitaneis nostris, si aliquibus iniuriati fuerint, ante egressum
nostrum de eodem districtu debitam iusticiam faciemus.
Item Statuimus, quod in Terris seu districtibus Przemislien-
si et Sanoczensi fiant termini generales seu colloquium generale
tantummodo semel in anno: In przemislia in crastino sancte
Katherine, In Sanok vero in crastino Sancti Martini; Termini
vero particulares in quolibet districtu dictarum terrarum sint
quatuor vicibus in anno, videlicet super quelibet quatuortempo-
ra, presertim in districtibus capitalibus, quodque tempus eis-
dem iudicijs ad arbitrium Iudicum iudicio presidencium statuatur.
Item Statuimus, ut dilacio terminorum generalium et par-
ticularium ac Capitaneorum detur tantummodo semel, poterit-
que citatus terminum sibi petere prorogari: primo infirmitate
simplici absque iuramento, Secundum autem terminum vera in-

firmitate eciam semel; In tercio vero termino comparendo vel tercium iuramentum prestabit, quod protunc vere fuerat infirmus.

Item Statuimus, ut Iudices et Subiudices ac eorum loca tenentes non exigant plus a memoriali alijsque solucionibus, quam quod in Statutis Kazimiri et Wladislai regum, predecessorum nostrorum est descriptum. Similiter notarÿ a nobis, qui tenebuntur cuilibet postulanti minutas de actis tradere tam super inscripcionibus, quam eciam interrogacionibus, aut super controversijs, a qualibet autem minuta vnum grossum recipiant, sed a queris nichil recipere debebunt. Si autem aliquis eorum contrarium fecerit, et ultra debitum exegerit, penam quindecim pyanczmadzescza eo ipso incurrat.

Item Statuimus, ut libri iudiciorum terrestrium seu acta serventur iuxta Statuta in Wartha confecta, videlicet sub trium clavium clausura.

Item Statuimus, ut in iudicijs terrestribus et Capitaneorum non iudicentur controversie, sed facta proposicione per Actorem et responsione per reum amputatis altricacionibus superfluis iudex faciat iusticiam partibus expeditam.

Item Statuimus, vt cum quis fuerit inculpatus de calumpnia, obiciaturque sibi, quod foveat vel fovit causam calumpniosam et iniustam evidenter, de quo iudicio constare debebit per legittima documenta, talibus expurgacio debebit indici seu dari, qualis solet pro nobilitate indici. Qui si se purgaverit, extunc calumpniam obiciens seu calumpnians penam trium marcarum calumpniato purganti se persolvet, similiter iudicio persolvet tres marcas. Volumus autem, ut pro articulo calumpnie alicui obiecto tantummodo tribus vicibus purgacio concedatur. Quarta vero vice si de calumpnia inculpatus fuerit, purgacio sibi denegari debebit, sed pro mercede sui sceleris sibi caracter aut rota in faciem imprimatur, exutusque erit iure nobilitatis, nec eo amplius vti poterit et honore carebit.

Item Statuimus, ut Capitanei nostri cum ex decreto iudicij pignorare debebunt aut eciam pro exaccionibus non exigant plus pro ministeriali aut pro servitoribus suis, nec minus, quam illud, quod exigendum est, scilicet pignus, sed de illo pignore quod accipiendum est, sint contenti; servent autem pignora iuxta Statuta Kazimiri regis.

Item Statuimus, ut tenutarij bonorum mense nostre regie, si vicinis nobilibus aut alijs hominibus iniuriati fuerint, teneantur stare iudicio terrestri postquam fuerint per iniuriam passos evocati, et si pellant pecora aut pecudes ad domos aut Curias regales occasione differencie granicierum seu limitum, aut racione dampni facti in agris seminatis, tenebuntur dare ad cau-

./.

cionem fideiussoriam super decretum dominorum iuxta consuetudinem terre diucius obseruatam; quod si secus fecerint, luant penas ad instar aliorum nobilium, que pene poterunt ab eis exigi eciam in peccunijs, si quas habuerint in bonis regalibus inscriptas, si saltim alias in districtu non erunt possessionati.

Item Statuimus, vt Burgrabij et alij exactores regales et capitanei non exigant napyssne de hominibus tam Nobilium, quam Spiritualium; quod si fecerint, nec possessionati fuerint, poterint in hospicijs eorum per burgrabium loci aut preconsulem arrestari, donec acceptum restituant. penam eciam trium marcarum luant ei, a quo huiusmodi napyssne acceperunt.

Item Statuimus, ut Ciuitates nostre regales et omnes alie non faciant prohibiciones in foris pro vtilitate sua et incomodo aliorum, extendendo aliqua signa in foro prohibicionem designancia, sed venienti vnicuique ad forum liberum sit vendere uel emere rem suam ad placitum suum. Quod si ipsi Ciues in contrarium fecerint contra nostram huiusmodi prohibicionem, Capitaneis nostris damus potestatem ipsos in pena quatuordecim marcarum puniendi.

Item Statuimus, ut tenutarij bonorum nostrorum, Ciues Ciuitatum nostrarum, terrigene ac eciam Spirituales profugos homines illis, a quibus profugerunt, postquam per eos requisiti fuerint, restituant, ad eorumque restitucionem teneantur secundum iuris terrestris consuetudinem. Quod si requisiti contra hoc statutum fecerint, nec profugos petenti restituere curauerint, tunc luant penam trium marcarum petenti profugos et iudicio trium, et nichilominus soluta pena homines profugos restituere sint astricti. Huiusmodi autem profugi iure polonico iudicari debebunt.

Item statuimus, ut dum aliquis terrigena pro furticinio aut pro scelere inferendo infamiam inculpatus fuerit, expurgacionemque pro honore suo fecerit, Capitaneus occasione huiusmodi purgacionis Sexagenam non exigat, sed solum in memoriali contentari debebit.

Item Statuimus, quod si quis ex terrigenis nostris habuerit filium adultum indiuisum, aut frater fratrem indiuisum, potentem ferre arma bellica, poterit eciam ipsum absque licencia nostra ad expedicionem vice sui mittere, qui supplebit locum eius tamquam personaliter interesset, sic tamen, quod eum eo modo expediat, sicut ipsemet iturus esset. Si quis autem in duabus terris bona hereditaria habuerit, de illa terra tenebitur ad expedicionem ire, vbi domicilium habebit, si ipsa mota fuerit ad expedicionem; si vero mota non fuerit ad bellum, non tenebitur ire ad expedicionem, nisi ipsum expedicio bellica in illa terra inuenerit, que ad bellum de facto mouetur.

Item Statuimus, ut omnes iudices tam generalium quam particularium terminorum seu iudiciorum teneantur in omnibus

./.

iudicijs, que iudicauerint, secundum iura scripta Kazimiri et Wladislai regum iudicare, et quemlibet petentem se ad ea admitti, admittere sint astricti.

Item Statuimus, ut omnes Thelonarij nostri terrigenarumque et Spiritualium a terrigenis et Spiritualibus Sal pro necessitate ipsorum domestica de Ciuitatibus quibuscumque regni nostri ducentibus theolonea non exigant, alias contrarium facientes camere nostre regie quatuordecim marcas, illi uero terrigene uel Spirituali, a quo theoloneum receperint, tres marcas pro pena soluere sint astricti.

Item Statuimus, quod si quem nobilium contingat wlnerari per Ciuem aut per plebeum, Nobilis wlneratus possit wlnerantem conuenire coram iudicio terrestri, et ipsum de iudicio ciuili ad iudicium terrestre euocare.

Item Statuimus, quod si aliquis ab aliquo wlneratus fuerit et illa wlnera wlneratus in percuciente iure expetere voluerit, illa wlnera debet ostendere wlneratus duobus sibi similibus et ministeriali et met tercius iurare debet. Eomodo pro capite seu interfecto statuimus.

Item cum infideles non debeant ampliori prerogatiua gaudere, quam christi dei cultores, nec serui debent esse melioris condicionis quam filij, statuimus, ut iudei pociantur iuribus iuxta constituciones Warthenses, prout alij nobiles terrarum nostrarum ad prescripciones, ut videlicet vtantur prescripcione trium annorum in obligacionibus et inscripcionibus ipsorum, nec dent aliquam Summam peccuniarum super obligacionem aliquorum bonorum, aut super litteras inscripcionum; quod si dederint contra huiusmodi prohibicionem Statuti, eo ipso peccuniam amittant, obligacioque et inscripcio huiusmodi eo ipso sint nulle. litteras eciam quascumque iudeis super libertate in regno nostro degentibus per nos post diem coronacionis nostre usque in diem hunc concessas, Iurique diuino ac constitucioni terrestri contrarias penitus reuocamus, abolemus, nec volumus esse alicuius roboris uel momenti, quam reuocacionem et abolicionem earum in regno nostro per proclamacionem generalem omnibus innotescere faciemus.

Hec omnia rata et grata habere promittimus eaque inuiolabiliter obseruare obseruarique ab alijs faciemus. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in loco campestri descensus nostri ante Oppidum Radzyn feria quarta post festum concepcionis gloriosissime virginis marie, Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto. Presentibus ibidem Magnificis et Generosis: Iohanne de Czizow Castellano et Capitaneo Cracouiensi, Iohanne de Thanczin Cracouiensi, Stanislao de Ostrorog Calissiensi, Petro de Opporow Lanciciensi, 11/12

Nicolao de Cosczelecz Wladislauiensi Palatinis, Petro de Scha„ motuly poznaniensi, Przedborio de Conyeczpole Sandomiriensi et Capitaneo przemisliensi, Iohanne de Czarnkow Gneznensi, Nicolao de Lakrzow Wysliczensi, Iohanne Lyganza de Bobrek Beczensi Castellanis, Petro Schaffranyecz de pyeschkowa Ska„ la Cracouiensi, Iohanne Corophathwa de Laczvchow lublinen„ si (succamerarijs) alijsque quampluribus fidedignis circa pre„ missa. Datum per manus Magnifici Iohannis de Conyeczpole Cancellario (s) et Venerabilis Thome de Strzampyno magistri in theologia decretorum doctoris, et Regni polonie Viccecancellarij, sincere nobis dilectorum.

Przywilej pargaminowy, przechowany w archiwum miasta Krakowa, opatrzony jest większą pieczęcią królewską, wyciśnię„ tą, w czerwonym wosku, zawieszoną na paśmie czarnego, pąsowego i szamowego jedwabiu. (Żebrawski, II, №56).

[illegible]
[illegible] II, [illegible] XI.

1457. [Grünhagen] [21. II.] t. 2 str. 611
Lehns- u. Besitzurk. -202

Nos Janussius dei gracia dux Awschwiciensis etc. Recognoscimus pro nobis, heredibus et Suc-
cessoribus nostris tenore presencium significantes quibus expedit universis: Quomodo Serenissi-
mo principi domino Kazimiro dei gracia Regi Polonie, Magno duci Litwanie, Russie Prussieque
domino et heredi ✗ domino nostro gracioso, ac inclito Regno Polonie, matura intra se deliberacio-
ne prehabita, pluriumque ad hoc principum Ecclesiasticorum et temporalium, fratrum et
amicorum, nonnullorumque fidelium ac subditorum nostrorum accedente consilio, non astricti, neque
aliqua oppressione impediti, terram nostram Awschwitim, prout in suis granicicbus et gadibus est
distincta et limitata, cum castris Awschiwensi et Volek, aliisque civitatibus, fortaliciis, possessio-
nibus, curiis et villis quomodolibet in dicta terra Awschwiciensi locatis ac locatis, constructis et
construendis, ac eorundem utilitatibus et obvencionibus generaliter universis, et signanter omni
iure, proprietate, sorte et porcione, et dominio mero et mixto, quod in ipsa terra Awschwiciensi et
eius possessionibus, ad nos quomodolibet spectare dinoscebatur, et prout solimet habuimus et tenui-
mus, nihil iuris et proprietatis pro se et nostris Successoribus in eisdem reservantes, vero et
legitimo titulo vendicionis, pro octo millibus florenorum hungaricalium, puri auri et iusti
ponderis vendidimus, presentibusque vendimus et resignamus perpetua et irrevocabili resigna-
cione, perpetuisque temporibus ac eviternis. Ideo nos erga prefatum Serenissimum Dominum
Kazimirum regem ac Regnum Polonie, sue Serenitatisque Successores terre prefate Awschwicien-
sis, Castrorumque Awschwiancim et Volek, omnium hereditatum sive porcionum hereditariarum,
singularumque successionum sive devolucionum, que nobis iure paterno sive materno in eadem terra
Awschwiciensi competissent et competerent, ad nosque dicta iura quoque (iur. q̃z) aliunde devolute
fuissent, quibuscunque nominibus censeantur et vocitentur, totaliter adimimus (adimus) et renun-
ciamus presencium per tenorem. Promittentes et spondentes sub fide et honore nostris, quod neque
nos, neque heredes sive posteri aut proximiores nostri, occasione premissorum erga prefatum Sere-
nissimum Dominum Regem, sua serenitatis Successores, ac Regni Polonie, nullo unquam tempore
aliquam accionem sive questionem iudicialem sive extraiudicialem, habere sive movere volu-
mus seu debemus, sed dictam terram Awschwiczimensem cum eiusdem attinenciis et obven-
cionibus, aliisque rebus mobilibus et immobilibus, eo modo et ordine quemadmodum nos te-
nuimus et habuimus, prefatus dominus Rex et sui Successores, Regnumque Polonie, libere
possidere, utifrui et potiri possint et valeant, pro ipsorum libito et voluntate, perpetuisque
temporibus ac eviternis, absque nostro heredumque nostrorum sive proximorum quovis impe-
dimento. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum Craco-
vie, feria quarta Cinerum. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo—

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 135.)

In nomine domini Amen. Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithvanie, heres Russie
et dominus Prussie etc. Ad perpetuam rei memoriam, Significamus per presentes. Etsi Regni nostri subditis
clemencie nostre et provisionis regalis, in augendis commodis ac iuribus, immunitatibus et libertatibus con=
servandis, sinum extendimus, quanto magis Ecclesiis, unde laus et honor altissimo Iesu Christo omnium
creatori, salusque provenit animarum, nec non personis et membris ecclesiasticis, id facere et impendere
convenit. Proinde felicis memorie Serenissimus princeps Dominus Wladislaus Rex Polonie etc. progenitor
charissimus noster et predecessor, iniquitati hominum occurrendo et ecclesiastice libertati, eiusque
membris et personis, eciam et secularibus paci et indemnitati sui regiminis consulcius providendo,
suas certas et patentes literas statuti fecit et condidit huiusmodi sub tenore:
In nomine domini Amen. Wladislaus dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomi=
rie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Lithwanieque princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres.
Ad perpetuam rei memoriam. Etsi subditorum nostrorum secularium commodis, de benignitate regia li-
benter intendimus, iuraque et libertates eorum contra detestandam malignorum pravitatem, tuicionis
nostre presidio confovemus; multo magis tamen regis pacifici, dominatoris universorum exemplo,
per quem reges regnant et principes dominantur, Ecclesiam suam sanctam et personas spirituales et
seculares sibi subiectas, in iuribus ac libertatibus ac statutis a Sanctis patribus aditis conservare
et tueri convenit, et ipsas ab omni impressionum incursu preservare. Noscat igitur tam presens
etas quam posteritas futurorum: Quod quamquam sacris canonibus salubriter sancitum, et lege hu-
mana utiliter sit provisum, quod quicunque princeps, sive Capitaneus, Baro aut Nobilis, miles
aut Vasallus (sic) et generaliter quevis alia persona spiritualis aut secularis, cuiuscunque status, di-
gnitatis, gradus et condicionis existat; decimas, quas sibi deus in signum universalis dominii, pro ali-
mento serviencium reddi censuit; nec non domos, tributa, castra, villas, municiones, possessiones, et que=
vis bona ac alias res mobiles et immobiles, ad Ecclesias et pia ac religiosa loca, personasque eccle=
siasticas spectancia, ac eciam pauperum hominum in ipsorum bonis degencium, rapuerit, invaserit,
occupaverit, aut illicite detinuerit, exaccionaverit, talias sive collectas imposuerit, seu iniuste impi-
gnoraverit, aut occasione pignoris aliquid extorserit, vel quovis quesito colore gravaverit, vel rapi,
invadi, occupari, detineri, impignorari seu exaccionari mandaverit, ordinaverit seu ratum habue=
rit, aut raptorem, invasorem, occupatorem, et detentorem illicitum, cum re rapta, invasa, occupata
et detenta conservaverit, seu in defensionem susceperit, aut in bonis eisdem notorium dampnum
vel manifestam offensam intulerit, nisi omnia et singula rapta, invasa, occupata seu impignorata
restituerit, nec non de iniuriis et damnis datis, ac offensa manifesta, condignam emendam et satis=
faccionem impenderit, cum ipsorum complicibus, penis et censuris ecclesiasticis debent subiacere.
Tamen quia nonnullarum personarum secularium Regni nostri adeo irrepsit et inolevit iniquitas,
quod penas et censuras in et contra tales, tam a Canone quam ab homine promulgatas, in sensum dati
reprobum, ultra annum animo indurato, in contemptum clavium Sancte Matris Ecclesie, animarum
suarum periculum, statutorumque predictorum vilipendium, et scandalum Christi fidelium pluri=
morum, sustinere non formidant; propter quorum culpam, divine ulcionis gladius sepius
perimit innocentes, unde eciam pullulant hereses, variaque insurgunt animarum pericula:
Nos igitur, qui intensis desideriis, predecessorum nostrorum exemplo, tanquam tutor et con=
servator iurium, libertatum et privilegiorum Ecclesie, personarumque sibi subiectarum, propa=
gacionem libertatis ecclesiastice ex debito affectamus, ad execucionem debitam statutorum hu=
iusmodi procedere cupientes, cum frustra conderentur leges, nisi execucioni debite demandarentur;
ex quo eciam, quos timor dei et mucro spiritualis a malo non revocat, pena temporalis debet
coercere, presenti nostro regio decreto, de consilio et unanimi prelatorum et Baronum nostro=
rum voto, sciencia et assensu, volumus, decernimus et firmissime ac irrefragabiliter perpetuo
observare pollicemur, Statuimus et ordinamus per presentes, ut dum aliquis indigena Regni
nostri, cuiuscunque status et condicionis existat, propter raptum decimarum vel aliarum

rerum ecclesiasticarum occupacionem, aut racione decimarum quorumcunque, sive eciam ob contumaciam, de non parendo iuri et mandatis Sancte Eccle, sentencia excommunicacionis iuste fuerit innodatus, ipsamque ultra annum legalem pertinaciter sustinuerit, nec curaverit ad gremium Sancte matris Eccle redire, et pro excessu debitam emendam exhibere, extunc anno huiusmodi elapso, omnia bona eiusdem excommunicati mobilia et immobilia que tunc possederit, debeant recipi per locorum Capitaneos quibus subiacent et apprehendi, - et possidenda tamdiu per Capitaneos huiusmodi, quousque per eosdem excommunicatos, vel per Capitaneos memoratos, de huiusmodi bonis, damna, valor rei et interesse, lesis vel iniuriam passis plenarie exsolvantur; quibus solutis, bona ~~prefata~~ prelibata prefatis excommunicatis non nisi absolutis, decernimus viceversa restituenda per Capitaneos prenotatos. Mandamus igitur omnibus et singulis Regni nostri Capitaneis, tenutariis ac vicesgerentibus eorundem, quatinus ad compescendam excommunicatorum pertinaciam, duriciam et temeritatem, premissa nostra saluberrima decreta, execucioni debite debeant demandare perpetue et in evum, tociens quociens per prelatos aliasque personas tam ecclesiasticas quam seculares, super hoc fuerint requisiti et moniti. Quod si prefati Capitanei, tenutariique nostri, aut locatenentes eorundem, pro tempore existentes, in execucione premissorum tardi fuerint vel negligentes, extunc ipsos ob huiusmodi negligenciam, per loci ordinarios iaculo anathematis indulgemus feriendos. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Cracovie Sabbato proximo ante festum purificacionis Sancte Marie virginis. Anno domini Millesimo, quadringentesimo, trigesimo tercio. presentibus reverendis in Xpo patribus Dominis Sbigneo Cracoviensi, et Joanne Chelmensi Epis, nec non Magnificis et nobilibus Nicolao de Michalow Castellano Cracoviensi, petro de pieskowa Skala palatino Cracoviensi, Joanne Glowacz de Oleschnycza Marschalco Regni poloniae, et Joanne de Conyeczpole ac aliis pluribus militibus nostris dilectis Datum per manus venerabilis Wladislai de Opporow Decretorum doctoris, Decani Cracoviensis, Sedis Apostolice prothonotarii, Regni nostri predicti Vicecancellarii, nobis sincere dilecti, ad relacionem eiusdem Magnifici Joannis de Conyeczpole. -

Nos itaque vestigia progenitoris et predecessoris nostri prelibati carissimi, toto mentis nostre conatu insequi et amplecti satagentes, literas huiusmodi Statutum laudabile in se continentes, cum earum toto tenore, de Consensu et voluntate Prelatorum, Baronum, et Consiliariorum Regni nostri, approbamus, innovamus, ratificamus, et confirmamus tenore presencium mediante. Quocirca omnibus et singulis presentibus et futuris Regni nostri Capitaneis, tenutariis et eorum vicesgerentibus mandamus, quatinus predictas nostri progenitoris Statuti literas, in omnibus clausulis, punctis et condicionibus, teneant, et ad unguem, perpetuo et inviolabiliter observent; aliosque in suis Capitaneatibus, tenutis et districtibus ipsis quomodolibet subiectos, suppositos, cuiuscumque preeminencie, gradus aut condicionis existant, arceant et compellant, iuxta vim et formam predictarum progenitoris nostri literarum, quociens tam per prelatos quam alias personas ecclesiasticas et seculares, fuerint super hoc requisiti et postulati. Quod si ipsi Capitanei et Tenutarii seu ipsorum locatenentes, pro tempore existentes, in premissorum execucione se remissos et negligentes, aut alias ~~quomodocunque~~ quovismodo difficiles reddiderint, extunc ipsos et eorum quemlibet, propter huiusmodi iniuriam et contemptum mandatorum nostrorum, excommunicacionum sentenciis et censuris Ecclesiasticis, in eos per loci ordinarios eorumque vicarios et officiales generales pro tempore, fulminandis et promulgandis, subdimus, subiicimus et perpetuo subiacere decernimus, et obligamus, tamdiu percellendos, quousque ad ipsarum execucionem literarum curaverint procedere cum effectu. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Convencione generali in Piotrcov, pro festo Sti Adalberti celebrato, feria quarta post festum Sti Georgii proxima. ~~Anno domini~~ Vicesima sexta mensis Aprilis. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Presentibus ibidem Reverendissimo Reverendisque in Christo patribus dominis Joanne Sancte Gneznensis Ecclie Archiepiscopo et primate. Thoma Cracoviensi, Joanne Wladislaviensi, Cancellario, Andrea Posnaniensi Epis, venerabilique Joanne Lutkonis de Brzeze utriusque iuris doctore, Archidiacono Gneznensi, vicecancellario Regni polonie; nec non Magnificis, Generosis, strenuis et Nobilibus Joanne de Czyssow Castellano, Joanne de Thanczin palatino Cracoviensi, Luca de Gorka posnaniensi, Stanislao de Ostrog Calissiensi, Derslao de Rithwiany Siradiensi, petro de Opporow Lanciciensi, Nicolao de Cosczielecz Brzestensi palatinis. Andrea Odrowansch de Sprowa palatino et Capitaneo Leopoliensi, Joanne de pilcza, Hinczа de Rogow Siradiensi, Regni polonie Thezaurario. Petro de Cuna Sandecensi, Petro Strikow Inowlodzensi, Stanislao de Schidlowiecz Zarnoviensi, Castellanis. Crzeslao Woischik de Woycza Cracoviensi, Sandivogio de Lanzenicze Sandomiriensi, Joanne Curopathwa de Lachuchow Lublinensi, Succamerariis. Nicolao de Brzeze Regni polonie Marschalco. Joanne Craska de Lubnycza pincerna Calissiensi Coninensi, Joanne de Szczekoczini, Dapifero Sandomiriensi, Lublinensi, Nicolao pienyanzek de Vithowicze Cracoviensi Capitaneis, Joanne de Melstin, Joanne de Tharnow, Jacobo de Dambro pincerna, Nicolao de Chrzastow Tribuno Cracoviensi, et Venerabilibus Jacobo de Senno Gneznensi et Cracoviensi preposito, Jacobo Koth de Dambro Decano Gnesnensi, Joanne de pnyow Decretorum Doctore Archidiacono, Joanne Woischik de woicza, Custode Cracoviensi. Petro Wspinek de Bandkow, Gnesnensi et Posnaniensi Canonico, et aliis quam pluribus fidedignis circa premissa. Datum per manus prefatorum Reverendissimi patris domini Joannis Epi Wladislaviensis Cancellarii, ac Venerabilis Joannis Luthconis de Brzeze utriusque iuris doctoris Archidiaconi Gnesnensis vicecancellarii Regni polonie, sincere Nobis dilectorum. Ad relacionem prefati venerabilis Joannis Luthkonis de Brzezie Doctoris iuris utriusque Archidiaconi Gnesnensis Regni polonie Vicecancellarii.

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol 31. seq. B.)

1460
obl. Crac. 99 p. 67.
[7. II.]
[Wierzbowski, T. 1, nr. 545. Reg.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia gestorum omnium sub tempore versantium inimica oblivio fa„cile facile eorum memoriam labilitatis sue demergeret in profundum nisi ea sagax huma„na ratio scripture officio et testium annotacio„ne perennis solidaret. Proinde nos Casimirus, Dei gratia rex Polonie, nec non terrarum Craco„vie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavie, ma„gnus Dux Litthuanie, Pomeranie, Russie, Prussie Dominus et heres significamus tenore presentium, quibus expedit universis, tam presentibus, quam futuris, horum notitiam habituris, quomodo no„stre majestatis personaliter presens accedendo ge„nerosus Andreas de Tęczyn, tenutarius castri nostri Rabsztynensis fidelis dilectus ex una et honorabilis ac religiosus Martinus prior mona„sterii sancte Marie in Ilcus suo et sui conven„tus nominibus ab altera partibus sani mente et corpore existentes non compulsi non coacti nec aliquo errore devio seducti sed animi sui bona cum deliberatione talem, ut sequitur, bonorum subscriptorum perpetuam et irrevocabilem permu„tationem fecisse recognoverunt nostris tamen ad id consensu voluntate pariterque assensu et ratihabitione specialiter accedentibus. Cujus quidem permutationis occasionem memoratus Andreas Tenczynski prefatis prio„ri et conventui unam sexagenam cum alijs redditibus, qui de predio et agris ejus„dem conventus prope petibulum extra ci„vitatem et alijs prope hortum plebani ibidem iacentibus, nec non de prato dicto Zabiałąka pro castro prefato per eos solve„bantur perpetuo indulsit et relaxavit. Itaque ad eorundem sexagenam et redituum

ex nunc et in perpetuum non erunt obligati. Item agrum olim Nicolai Pioro, civis Ilkussiensis inter agros domus hospitalis situm, quem ipse Andreas Thęnczynski emptus ad castrum hactenus tenuit ac possedit, nec non agrum circa rubetum Knipusz nuncupatum iacentem cum prato extra civitatem circa laterificium antiquum inter viam et semitam versus villam Olelin ducentem et ex alia parte penes prefatum rubetum Knipusz sito ipse Andreas prefatis priori et conventui dedit permutavit et coram nobis iuxta juris et consuetudinis exigentiam perpetue resignavit. Pro agris atque bonis ipsorum infrascriptorum videlicet in villa Parcze quondam Paskonis Parczowski prope prefatum castrum nostrum situatis nec non pro alijs ibidem agris Neczynskie appellatis excepto tam prato ibidem circa predicta bona Parcze penes sepes sito ~~it~~ quod ipse prior paulo ante propriis sumptibus et impensiis extirpavit. Nam illud in perpetua dictorum prioris et conventus Sancte Marie possessione permanebit ~~et~~. Quos quidem sepedictus prior cum conventu prenominato Andree Thęnczynski ad castrum nostrum prefatum in perpetuum spectaturos vice reciproca pro agris supranominatis ex vi hujusmodi permutationis dederunt, permutarunt et perpetuis temporibus resignarunt. Quam quidem permutationem et resignationem suprascriptam nos ~~gratam et~~ ratam et gratam habentes approbamus, laudamus, ratificamus, gratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus ac ad eas no-

strum regium consensum voluntatem et assensum prebemus damusque per presentes per partem utramque bona sive agros et prata prenominata ita sicut premittitur hincinde permutata cum iure omni dominio proprietate tenendum, habendum, utefruendum; pacificeque et quiete possidendum ac in suos suorumque successorum usus beneplacitos convertendum, prout ipsis aut ipsorum posteris utilius et melius videbitur expedire. Licebit insuper memoratis priori et fratribus Conventus predicti pro tempore existentibus in agris ipsorum pretactis hortulanos seu alios quosuis incolas erigere et locare (sine tamen preiudicio nostre ciuitatis Ilkussiensis) qui ab eiusdem exactionibus et solutionibus quibuscunque absoluti penitus erunt et exempti. Verum tamen ab ipso monasterio supradicto priori et fratribus memoratis agros, prata, bona quecunque ipsorum prenominata sine nostro et nostrorum successorum speciali consensu et voluntate expressa amouere et alienare in futurum ullo modo non licebit. Volentes pretrea sepedictis priori et conuentui ampliorem munificentie nostre gratiam exhibere bona, agros et prata ipsorum sepenominata que in eorum ex vi dicte permutationis cesserunt ac prouenerunt proprietatem dominium ac possessionem ab omnibus atque singulis expeditionum belli ~~generalibus~~ generalium vel particularium seruitute dationeque et quibusuis alijs oneribus et angarijs secularibus quocunque nuncupatis eximimus, removemus et

perpetuo liberamus, eadem in sortem di-
tionemque proprietatem et libertatem
ecclesiasticam transferimus, adscribimus,
subjicimus et incorporamus perpetuis
temporibus duraturis harum, quibus si-
gillum nostrum appensum est testimo-
nio litterarum. Actum Cracovie feria
quinta in crastino sancte Dorothee,
virginis gloriose, anno Domini millesi-
mo quadringentesimo sexagesimo pre-
sentibus magnificis ac generosis Joanne
de Tenczyn Cracoviensi, Stanislao de Ostro-
rog et palatino Calissiensi, Predborio de
Koniecpole Sandomiriensi, Petro de Zurow
Lublinensi, Dobeslao Kmita de Wisnicze
Woynicensi, Nicolao de Zabierzow Vislici-
ensi castellanis, Nicolao de Brzezie,
regni nostri marschalco alijsque complu-
ribus testibus ad premissa. Datum per
manus venerebalis eggregijque Joannis
Lutek de Brzezie, ut juris utriusque Docto-
ris, sedis apostolice prothonotarij et ejusdem
sacri palatij causorum auditoris, archidia-
coni Gnesnensis et regni Polonie Vicecan-
cellarij nobis sincere dilecti. Locus sigilli
pensilis. Ego venerabilis Joannes ejusdem de
Brzezie, juris utriusque doctor, sedis Apo-
stolice prothonotarius et auditor. Cujus pri-
vilegij originale id offerens illico ab officio
presenti recepit.

1464. [9. XII, Grodno.]

[Kat. Arch. m. Krak., t. 1, nr. 286. Reg.]

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lithwa-
nie, Russie, Prussieque dominus et heres etc. Significamus teno-
re presencium, quibus expedit, vniuersis, Quod quia Preclarus
princeps dominus Janussius dux Slexie alias Ilhuuiciensis (?)
frater noster dilectus, pro et super Mille et quadringentis flo-
renis dudum et perprius nobis mutuatis, et pro Sexingentis
eciam florenis Hungaricalibus puri Auri et iusti ponderis no-
bis in paratis nouissime iterato mutuatis, pro quibus certis
nostris litteris eidem nos et certi pro nobis fideiussores se in-
scripserunt, Terminum vlteriorem videlicet a proximo Purifi-
cacionis gloriosissime virginis Marie festo ad aliud consimi-
le et immediate post hoc sequens purificacionis eiusdem glo-
riosissime virginis Marie festum, in bona voluntate solucio-
ni concessit, Ita prout sue fraternitatis desuper confecte
littere continent: Ideo prefato Duci Janussio prescripta in to-
tali Summa duo Milia florenorum vnacum Sexaginta flore-
nis racione solarij a prememoratis Sexingentis florenis vlti-
mo mutuatis ad preexpressum terminum in verbo nostro
Regio, ita prout nos inscripsimus, soluere promittimus per
presentes. Harum quibus Sigillum nostrum presentibus sub-
appensum testimonio literarum. Datum in Castro nostro Grodno
Dominico die in crastino Concepcionis beatissime virginis Ma-
rie, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quar-
to.

Relacio Venerabilis Alberti de Lichtin prepositi Cali-
siensis etc. et R. polonie Vicecancellarij.

Oryginał pargaminowy. Pieczęć niegdy na pasku par-
gaminowym zawieszona, oderwana.

wp.

Ar. m. Kr.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kasimirus Dei gracia
Rex polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicii, Cuiavie, Magnus dux
Litthvanie, Russie, prussieque, ac Culmensis, Elbingensis et Pomeranie Dominus et heres. etc. Si-
gnificamus tenore presencium quibus expedit universis presencium noticiam habituris,
Quomodo, cum pro terris Prussie nobis naturalibus, ad incliteque nostre corone integrita-
tem pertinentibus et a plurimis centenis annorum minus iuste a Regno alienatis, bel-
lum quod de omnium consiliariorum nostrorum et Regnicolarum consilio et assensu
unanimi incepimus, agressique sumus cum Magistro generali et Ordine Cruciferorum
Beate Marie Theutonicorum, qui eo parum contenti, quod terras Prussie iusto titulo
ad Regnum concernentes et spectantes occupaverant, Eciam terras nostras pacificas Lan-
ciciensem, Siradiensem, Cuiavie et Dobrzinensem usurpare satagebant, easdem certis locis
incastellatis igne et ense vastando, quatuordecim annis se immediate sequentibus, inde-
sinenter continuassemus, innumerabiles summas pro salariandis stipendiariis, quos
convocare, milite proprio parum contenti cogebamur, exposuimus; tandem ex tam diu-
turna hostilitate et bello continuo in nostris attenuati proventibus, aliqua subsidia
pecuniaria a prelatis et Baronibus tam Ecclesiasticis quam secularibus, nec non
dignitariis militaribus, ceterisque Terrigenis ac Nobilibus Regni nostri, petere coacti
sumus, quibus subsidiis bellum prefatum deductum fuisset et finitum. Qui quidem
prelati et Barones ceterique nostri subditi, fidei constancia, zeloque singulari et fervo-
re, quo nobis et Reipublice affecti sunt, ac pro fratrum suorum captivatorum eliberacio-
ne et castri Mariemburk coempcione, nonnulla adiutoria pecuniaria de suis hominibus
nobis prestiterunt, non ex aliquo debito, iure, aut obligacione, quin pocius precibus
nostris annuentes, et necessitate publica attenta, de mera sua liberalitate, voluntate-
que spontanea et assensu unanimi istud facientes. Sed et hostilitate iam sublata,
terrisque ipsis Prussie, favore divino per nos conquisitis et corone nostre reunitis et re-
integratis, idem subditi nostri cernentes, nos adhuc in certis summis hominibus servitia-
bus racione stipendii transacti belli obligari pro eorundem exsolucione, in hac conven-
cione generali, voto concordi et unanimi nobis de dacia et adiutorio pecuniario, prece no-
stra conducti se suapte submiserunt. Ne itaque dictorum prelatorum et Baronum tam
Ecclesiasticorum quam secularium liberalitas eisdem efficiatur preiudicialis, ita quod
forte per Nos aut successores nostros trahi possit in sequelam, ius, consuetudinem, et quasi
pro debito haberi et reputari, libertati eorum in recompensam tanti beneficii per eos nobis
exhibiti consulere cupientes; — promittimus, ac in verbo nostro regio tenore presencium pro-
fitemur, quod per contribuciones premissas in nullo iuribus, privilegiis, libertatibus et immuni-
tatibus subditorum nostrorum, a nobis aut predecessoribus nostris eisdem donatis et con-
cessis, successu temporis detrahere, derogare, aut quomodolibet preiudicare volumus; quinimo
eadem in omnibus sana, salva, inviolabilia ac illesa servare et fovere decernimus et sponde-
mus. Nec huiusmodi collectas sive exacciones in aliquam sequelam, debitum, consuetudinem,
aut continuacionem, per nos vel successores nostros, vendicabimus in futurum vel trahemus.
Quas quidem dacias et contribuciones nunquam in post in perpetuum ab eisdem subdi-
tis nostris petemus aut requiremus, quos liberos ab omni solucione fatemur, preter duos
grossos contribucionis regie, pobor alias poradlne vocatis, quos de quolibet lanco possesso
solvere nobis singulis annis obligantur. Et ut libertati eorundem subditorum nostrorum tanto
amplius consulatur, eciam tenore presencium pollicemur, quod terras nostras et dominia
atque subditos, pro debitis quocumque modo emergentibus et cum tempore forte proventuris, nunquam
alicui hominum obligabimus, inscribemusque, bona eorum ignis conflagracioni, ipsosque met captivacioni
subiicientes. Harum quibus sigillum Maiestatis nostre est subappensum testimonio litterarum, Datum

in Convencione generali Piotrcoviensi feria tercia post festum Sancte Elizabeth. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo. presentibus ibidem Reverendissimis Reverendisque in Christo patribus, nec non magnificis, strenuis, generosis, nobilibusque, Joanne Sancte Ecclesie Gnesnensis Archiepo et primate, Joanne Cracoviensi, Jacobo de Senno Wladislaviensi, Andrea Poznaniensi, Epis, - Joanne de Piliza Cracoviensi, Luca de Gorka Poznaniensi, Nicolao de Kuthno Lanciciensi, Nicolao de Coscieleez Juniwladislaviensi, Stanislao de Chotecz Russie, Groth de Novemiasto Ravensi, Sigismundo de Himow Belzensi palatinis. - Petro de Schamotuli Poznaniensi, Hincza de Rogow Sandomiriensi, Dobrogostio de Ostrorog Gnesnensi, Dobeslao Kmitha de Vissnycze Lublinensi, Joanne Zaramba de Calinowa Siradiensi, Joanne Amor de Tharnow Voiniciensi, Andrea de Crethkow Brestensi, Joanne Foelix de Tharnow Visliciensi, Stanislao de Strzelcze Sandecensi, Petro de Branycze Biecensi, Eustachio de Sprowa Radomiensi, Dobeslao de Ziravicze premisliensi, Joanne de Opporow Brzeninensi, Dobeslao de Bisthkov Belzsi, Joanne de Carnkow Santhecensi, Nicolao de Opporow Cruschwiensi, Stanislao de Schidlowiecz Zarnoviensi Castellanis. Joanne de Ritwianij Marschalco, Joanne Rzeszthowski Scholastico Sandomiriensi vicethesaurario Regni Polonie. Nicolao Pienijazek de Vithowicze Cracoviensi, Petro Dunin de Prawtowicze Sandomiriensi, Michaele Lassowski Lanciciensi, Spithone de Jaroslaw premisliensi Succamerariis. Nicolao de Chrzastow vexilifero Cracoviensi, Paulo Jasienski Chelmensi et Belzensi Capitaneo. Andrea de Oleschnicza, Joanne de Thanczin, Joanne Synowiecz de Sandowicze, et aliis pluribus fidedignis. Datum per manus Magnifici ac venerabilis Jacobi de Dambno Cancellarii Regni Polonie et Capitanei Cracoviensis, et Alberti de Zichlin custodis Sandomiriensis, eiusdem Regni Vicecancellarii, sincere nobis dilectorum. Ego ipse Jacobus Cancellarius manu propria subscripsi. Et ego ipse Albertus de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarius manu propria subscripsi. Ad mandatum dominorum Cancellarii et Vicecancellarii Sbigneus de Oleschnicza Scholasticus Cracoviensis manu propria scripsit. —

(Lib. I. priv. Cop. Crac. fol. vers. 39.)

1483. Preclaris ac Magnificis, Generosis, Nobilibus, Strenuis, Circumspectis, Famosis ac Prouidis viris, dominis et amicis, Principibus, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Magistris ciuium, consulibus et aduocatis, ceterisque cuiuscumque dignitatis, eminencie, condicionis et officij extiterint, ad quos presens scriptum peruenerit, vniuersis salutem cum reuerencia et amicicia, Slawiez de Niemiglow Castellanus et Capitaneus Sochaczeuiensis significamus tenore presencium, notum facimus et attestamur: Quia nobilis Stanislaus de Sokolow presencium exhibitor ex nobilibus Mathia patre de armis seu erbu Boynow alias Korwin et Dorothea matre de armis Rolycz, Wlostko atque Hedwigi auis heredibus ~~de~~ in Sokolowo legitime et matrimonialiter iunctis, ortus, natus atque progenitus est et processit, moribusque et conuersacione ad nobilitatem spectantibus imbutus et bene enutritus. Pro quo et cum eo Dominaciones vestras, dignitates et amicicias petimus, et humiliter supplicamus, quatenus eundem Stanislaum, sicut premissum est, nobilem et ex legitimo thoro natum, prout et bene conseruatum enutritumque habere velitis et fauoribus prosequi, pro quibus nos in talibus si acciderit, vobis volumus complacere etc. In cuius rei testimonium euidencius et maiorem fidem, sigillum nostrum, quo in premissis vtimur, subappendi dedimus. Datum Sochaczeuie feria quarta ipso die sancte Barbare virginis gloriose, Anno Domini 1483.



B.

Paprocki: Zrdcadlo slawneho Margkrabstwij Morawskeho, Olomutii 1593, list 364.

[Wierzbowski, T. 1, nr. 1804, Reg.] 210

1485. [10. XII.]

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne actus hominum qui sub tempore fiunt, successu temporis e memoria hominum evanescant, convenit eas litterarum apicibus et testium fidedignorum annotacione perhennare. proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex polonie nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Magnus dux Litvanie Russie, Prussieque ac Culmensis, Elbingensis, et Pomeranie dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quomodo coram nobis atque Consiliariis nostris, constituti personaliter Venerabiles petrus Wspinek prepositus et Joannes de Lathoschin Canonicus Cracoviensis, non compulsi non coacti, nec aliquo devio errore seducti, sani mente et corpore existentes, suo et venerabilium prelatorum et Canonicorum tociusque capituli Ecclie Cathedralis Cracoviensis nominibus exponentes recognoverunt, quia villam ipsius Capituli Cracoviensis dictam Borkow in terra Sandomiriensi et districtu Visliciensi consistentem; cum Nobilibus Anna Nobilis Strzeszek, et Dorothea Nobilis Bartholomei Leszczenski coniugibus, heredibus de Swiantnikij, pro eadem villa Swiantnikky ipsarum hereditate in terra Siradiensi et districtu Schadkoviensi sitta, commutaverunt, dederunt, et iuxta consuetudinem terrestrem, rite et legitime coram nobis sibi invicem resignaverunt perpetuo et in evum, cum omnibus censibus, prediis, agris, campis, pratis, borris, silvis, gaiis, nemoribus, piscinis, lacubus, piscaturis, molendinis et eorum emolumentis, laboribus, stacionibus, mellificiis, fluminibus, et generaliter cum omnibus redditibus et utilitatibus universis, atque cum omni iure, dominio et proprietate, nihil iuris sibi aut Successoribus suis reservando, ita longe, late, et circumferencialiter prout ipsa bona sunt ex antiquo distincta et limitata. Quam quidem bonorum permutacionem et perpetuam resignacionem tanquam rite et legitime factam, una cum Consiliariis nostris approbavimus et confirmavimus, approbamusque et confirmamus per presentes, decernentes ipsam robur perpetuum obtinere: Et preterea volentes ne per huiusmodi bonorum permutacionem, servicia et redditus nobis debiti minuantur, presentibus decernimus, quod ville predicte Borkow possessores et heredes pro tempore existentes, ad expedicionem bellicam iuxta bonorum eorundem quantitatem et ad alia onera, ad que ceteri Subditi nostri seculares tenentur, ex bonis suis erant semper obligati. Villam autem prenominatam Swiantnikki, sorti ecclesiastice jam exnunc annectimus, ut incole ipsius, prerogativis ac libertatibus omnibus gaudeant, quibus alie ville ecclesiastice in Regno nostro pociuntur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum. Actum et datum in Convencione generali piotrcoviensi, Sabato post festum concepcionis beatissime Virginis Marie. Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. presentibus ibidem Reverendis in Christo patribus dominis petro Wladislaviensi et Uriele Poznaniensi Epis, nec non Magnificis et Generosis Matia de Bnyn Poznaniensi, Joanne de Tharnow Cracoviensi, et Spithkone de Jaroslaw Sandomiriense palatinis, Joanne de Ostrorog Poznaniensi et Nicolao de Curozwanky Siradiensi Castellanis ad premissa. G. viceccancellarius subscripsit. – Relacio Venerabilis Gregorii de Lubranecz Regni polonie Vicecancellarii. –

(Lib. I. priv. Cop. Crac. fol. verso 51.)

1487 [9. IV.] str. 656 a° 1487 211

[Kat. arch. Akt Dawn., T. 1, nr. 898, Reg.]

Confirmatio fundationis et erectionis conventus Crasnicensis, canonicorum regularium Lateranensium, per Reverendissimum Ioannem abbatem Copriwicensem ordinis cistersiensium commissarium sanctae sedis apostolicae facta, die nona mensis aprilis anno Domini 1487.

In nomine Domini nostri Iesu christi. Per quem momenta quaeque decurrunt temporum, subsistit et rerum firmatur aeternitas, ad sponsam illam matrem sanctam ecclesiam christi, pio cruore dilatam, quae uberrimos fructus, caelestium salutum in vinea Domini Sabbaoth producit, tanto ferventius christiana religio aspirare debet, quanto ipsa coelesti partu faecunda, veluti solis radijs diffusa numerositate, novo semper foetu, novam familiam progenerans amplitudinem divinae laudis, in solida corporis unitate, concordiae glutino efficit aetherea, si quidem luce perfusa per orbem totum, radios porrigit, unum tamen lumen existens, quod ubi diffunditur, ab ipso summo Haeteriarcha suo, seu universali vertice, cum successione post baptismum apostolorum principem, portae et repagula coeli committuntur, ubique institui creditur ad memoriam ob id sempiternam. Nos frater Ioannes abbas monasterij clarae provinciae vulgariter dictae Copriwicensis ordinis Cistersiensis dioecesis Cracoviensis sanctae sedis apostolicae Commissarius ad infrascripta, per serenissimum in christo patrem, et dominum nostrum dominum Innocentium, divina providentia papam octavum, specialiter deputatus. Universis et singulis christi fidelibus sexus, et conditionis utriusque, quorum interest, intererit, quosque infrascriptum tangit negotium, seu tangere poterit, quolibet in futurum, praesentemque literam inspecturis. Noveritis vos literas praefati Serenissimi domini Innocentij papae

./.

%atavi, ejus vera plumbea bulla, cum cordula canapali more, romanae curiae impendens bullatas, sanas, salvas, integras non vitiatas, non cancellatas, neque in alia sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, ac suspicione carentes. Nobis per honorabilem, ac religiosos viros, do-
minum Joannem praepositum, et suum conventum mo-
nasterij in oppido Kraśnik canonicorum regularium, cum notario publico, et testibus infrascriptis praesentatas, cum ea qua decuit reverentia et honore recepisse. Quarum literarum apostolicarum tenor de verbo ad verbum se-
quitur, et est talis -
Innocentius episcopus servus servorum Dei dilecto filio abbati monasterij Coprivnicensis, Cracoviensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem, sacrae religionis dilationem, et novarum in ea platitularum institutio-
nem, per quas fideles ad bene vivendum instruantur, et catholica fides exaltetur, in agro dominico, con-
stitui desiderabiliter appetimus et ea quae per eccle-
siarum praelatos, propterea facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo et inconcussa remaneant, iuxta fide-
lium desideria, libenter, cum a nobis petitur, apostoli-
co munimine roborari mandamus, sane pro parte dilectorum filiorum praepositi et conventus monasterij, per praepositum gubernari soliti in Krasnik ordinis s. patris Augustini, Cracoviensis dioecesis, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod olim dilectus filius, nobilis vir Joannes Rabsztyński, de Thencyn, tunc verus patronus parochialis ecclesiae in Kraśnik dictae dioecesis, attente considerans, quod fructus, reditus, et proventus, dictae parochialis ecclesiae, quae tunc certo modo vacabat, adeo abundabant, quod ex illis plures personae religiosae congrue sustentari poterant. /

⁒ Et propterea, in ea unum collegium seu conventum canonicorum dicti ordinis erigi, sincera devotione optabat. Ita quod unus praepositus eorundem canonicorum caput esset. Ipseque praepositus et canonici regulares collegium hujusmodi insimul instituerent, ac regularibus institutis et constitutionibus, tam in habitu moribus divinorum celebratione, quam et alijs observantijs praeposito, et canonicis monasterij corporis christi in Casimiria, ordinis et dioecesis praedictorum, quod ipsius novi monasterij, caput esse deberet se conformarent. Jus vero patronatus, quod prius ipse, et eius antecessores in dicta tunc parochiali ecclesia habebant, praefatis collegio donabat, et in eos transfundebat venerabilis frater noster Joannes episcopus Cracoviensis, proinde attendens praemissa ac Dei laudem et gloriam, ac divini cultus augmentum, fideliumque devotionem cedere, ac pium et laudabilem praepositum ipsius nobis confovere cupiens, ad illius humillimam supplicationem, ecclesiam praedictam, in monasterium dicti ordinis, quod per praepositum gubernari deberet, ordinaria auctoritate erexit, ac in eo praepositum, et plures ipsius ordinis canonicorum dicti monasterij conventum facientes, qui institutis regularibus et constitutionibus ac observantia dicti monasterij, corporis christi conformare se, et secundum illam vivere deberent. Ita quod dictum monasterium Corporis christi, ipsius monasterii in Krasnik caput esset, eadem authoritate instituitur. Nec non donationem juris patronatus, hujusmodi approbavit, et confirmavit, nonnullaque circa alia praemissa, statuit et ordinavit, prout in literis authenticis, ipsius episcopi desuper confectis, ejus sigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte praepositi, et conventus praedicti, forum asserentes, quod erectio et institutio praedictorum suum effectum sortitae fuerunt. Nobis fuit similiter supplicatum, ut erectioni, institutioni, approbationi, confirmationi, statutis et ordinationibus praedictis

⁒

./. pro illorum subsistentia firmiori - robur apostolicæ con-
firmationis adijcere, aliasque in præmissis opportunæ
providere, ac benignitate apostolica dignaremur. Nos
igitur de præmissis certam notitiam non habentes, nec
non præpositum et singulos, ex conventu hujusmodi, a
quibuscunque excommunicationis suspensionis et interdi-
cti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris et pœnis, a
iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis,
siquibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum
præsentium duntaxat consequendum, harum serie absol-
vendum, et absolutos fore censentes, hujusmodi suppli-
cationibus inclinati, discretioni tuæ per apostolica
scripta mandamus. Qualenus si et postquam de erectione
institutione, approbatione, confirmatione, et alijs præ-
missis sibi legitime constiterit. Illa hac prout ea con-
cernunt omnia et singula in præfatis literis contenta aucto-
ritate nostra, absque alicujus præjudicio, approbet et
confirmet, suppleasque omnes et singulos defectus, si
qui forsan intervenerint in eijsdem non obstantibus
constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis
et consvetudinibus monasterij in Kraśnik, et ordinis
prædictorum, juramento confirmationis, apostolica vel
quavis alia firmitate roboratis, cæterisque contrarijs
quibuscumque. Datum Romæ, apud S. Petrum anno
incarnationis dominicæ 1486, decimo nono Kalendæ
februarij, pontificatus nostri, anno tertio. Post qua-
rum quidem literarum apostolicarum præsentationem,
et honorificam susceptionem, nobis et per nos, ut præmi-
ttitur factas scimus per præfatum dominum Joan-
nem præpositum, coram nobis personaliter consistendum,
debita cum instantia requisiti qualenus ad execratio-
nem dictarum apostolicarum literarum, et in eis

./.

./. contentorum, inibi traditam seu directam per eas, a sede a-postolica nobis formam et mandatum procedere dignaremur. Nos vero attendentes requisitionem hujusmodi fore iustam et rationi consonam, volentesque dictum mandatum aposto-licum reverenter exequi, ut tenemur auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, literas citationis in vim cri-dae, per edictum a nobis, contra omnes et singulos, quorum interest, aut interesset, quosque quomodolibet praesens tan-gere possit negotium, debite et legitime praemissis, et pri-vatim, alijsque in facie ecclesiae diebus festivis, coram populi multitudine, ita ut eorum notitiae devenirent cita-tis, in terminoque coram nobis competenter, contra hujus-modi mandatum contradicendi, ejsdem assignato, in ipso-que termino, diutius expectatis, et nemine comparenti, aut contra hujusmodi literas apostolicas, sive mandatum con-tradicentem literas fundationis, dotationis, erectionis de parochiali ecclesia, in conventualem commutationis, jus-patronatus cessionis, collationis, institutionis, approbatio-nis, et confirmationis, de et super ecclesia, ad honorem sanctae et incontaminatae Dei genitricis virginis Mariae dicatā, et monasterij conventusque ordinis sancti patris Augustini canonicorum regularium in oppido Kraśnik, datas, factas, concessas, et solenniter ordinatas ad omnium singulorum praedictorum evidentiam, robur et testimonium in literis tam apostolicis, quam aliorum luculenter conten-torum, eadem auctoritate apostolica, coram nobis et no-tario publico, alijsque legalibus viris, et juris peritis, nobis assidentibus, per praefatum dominum Joannem praepositum institui mus poni et reproduci. Quarum literarum tenor et series de verbo ad verbum sequitur et est talis.

In nomine Domini Amen. Ad rei memoriam sempiternam Joannes Dei et apostolicae sedis gratiā, episcopus Cracovien-sis, cum inter mortalium actiones et opera, nihil tam salu-bre, stabile, efficax, et solidum censeatur, quam ad ea meditanda frequenter intendere, per quae laus divina, aucto personarum numero, in ecclesijs augeatur, et vocatis in sortem Domini, et alimoniae procurentur. Proinde significamus

./.

./. tenore praesentium, quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quorum hac consideratione generosus dominus Joannes Rabsztyński de Thenczyn, et in Krasnik haeres nostrae dioecesis tanquam ad supernae beatitudinis, divina dirigente clementia, mentem erigens, zelo piae devotionis inflammatus, gerensque suis desiderijs, cum intenta solicitudine, qualiter religioni christianae fidelis, tanquam vineae domini cultor, ejusdem cura et labore, quantum in bonis suis praedictis Krasnik, salutaria augeant incrementa ut veri Dei filius, cum debita veneratione sui nominis in ecclesia ibidem in oppido Krasnik, quae hactenus parochialis exstiterat et cujus ipse dominus Joannes unicus est patronus, coleretur. Attendo denique, quomodo ecclesia parochialis hujusmodi sua praesentatione, cujus nunc per mortem, olim honorabilis Andreae ejusdem ultimi et immediati rectoris, accidit vacatio, in suis facultatibus et reditibus sic excreverit, quod in ea plures personae ad militandum Deo sub regula habitu possent institui, et sine penuria habere corporum alimenta. Quapropter aciem mentis ad devotos viros, monasticae professionis canonicos regulares ordinis beati Augustini dirigens. Nos devota supplicatione cum instantia requisivit quatenus de eadem ecclesia parochiali in oppido Krasnik ad laudem et gloriam omnipotentis Dei in ea specialiter recolenda, merita beatissimae virginis intactae Mariae fundata, et erectam ecclesiam collegiatam conventualiter constituere et creare curaremus praedictis canonicis regularibus ordinis beati Augustini, qui in ea sub obedientia praepositi, iuxta ejusdem ordinis, regularia instituta, debitum Deo reddent famulatum, prout haec et alia, in praefati domini Joannis de Thęnczyn, alias de Krasnik, literis de, noris infrascripti, et pro majori horum subsistentia, coram nobis oblatis et exhibitis, evidenter plenius continentur. Quarum quidem literarum, tenor sequitur in haec verba. Reverendissimo in Christo patri et domino nostro Joanni

./.

1. Dei gratia episcopo Cracoviensi. Ioannes Rabsztyński de Tęnczyn, hæres in Krasnik filialem reverentiam promptitudinemque ad quævis beneplacita, paratissimam ad rei memoriam sempiternam. Reverendissime pater, quantumque divinæ sublimitatis, immensitas sublimis et immensa Suæ majestatis celsitudo, a qua cunctis viventibus datur esse et vivere, secundum diversos perfectionis gradus derivatum, propter sui sufficientiam, quæ cunctorum bonorum summam comprehendit, propterque sui excellentiam, quæ omnium laude excedit præconia, nec egeat, nec sufficiat mortalium laudibus et honoribus prædicari, et extolli, humanum tamen genus, lumine sui vultus insignitum, ac rationis munere prædictum, cunctisque alijs præpositum et prælatum debet et tenetur. Nihilominus juxta potentiæ suæ vires, tantæ largitati largifluæ, grata devotione occurrere, et suo creatori, debito honoris cultu merito respondere. Cum itaque ecclesia parochialis, in oppido meo Kraśnik, cujus post mortem honorabilis domini Andreæ, ejusdem, ultimi, et immediati rectoris, de præsenti accidit vacatio. Quæ quidem ecclesia in suis proventibus, ita abundat, et est per prædecessores meos sufficienter dotata, ut non solum ad fovendum, aliquos in pauco numero presbyteros, verum etiam ad tenendum collegium, sive conventum virorum religiosorum, qui divina diurna, pariter et nocturna officia possent peragere et sua vita laudabili pariter et doctrina salubri, populum Dei sibi commissum in viam possint dirigere salutis. Cæteris Christi fidelibus sua conversatione laudabili, in normam esse et exemplum. Proinde ego ad quem juspatronatus, et præsentandi ejusdem ecclesiæ, pro hac vice dignoscitur, considerans magis divino cultui, salutique animarum expedire, ibi multos fieri præsbyteros, quam paucos, ac etiam potius cedere ad decorem profectum, pariter et honorem dicti loci, ut ibi sit collegium, sive conventus virorum religiosorum quorum vita et religio commendabilis, tanquam lucerna super candelabrum posita multis luceat, inesse honori

./.

/. salutique meæ, dum et utilitati privatæ publicum proferre, pro divini cultus et bonorum augmento, meaque meorum prædecessorum et præsertim pro salute olim Magnifici domini Andreæ de Thęnczyn divi recordij progenitoris mei charissimi, cujus animus, dum adhuc in humanis egebat, ferventius et intimius ad hoc æstuabat, et quotidie hoc perficere cogitabat; nec non per successorum meorum et hæredum praecaminum remedio. Ad id etiam charissimi patrui mei Magnifici domini Joannis de Thęnczyn castellani Cracoviensis, votis et consilijs, et intercessionibus solicitissimis moventibus, animum meum, et voluntatem ad id libenter appono, et præsentibus realiter et effectualiter assentio, ut ecclesia præfata in Kraśnik, quæ hactenus parochialis extiterat, titulo dicto ecclesiæ parochialis plebanatus, iam et amodo abrogato, et extincto in regularem conventualemque commutatur, transferatur, et erigatur. Qua propter ego, ad quem ius patronatus hactenus pertinebat omnibus et singulis præsentium notitiam habituris, notum facio. Quod pro fundatione ecclesiæ dictæ, in honorem omnipotentis Dei, ac virginis gloriosæ sanctorumque omnium, de parochiali in conventualem erectionem do, et perpetuis temporibus confero pro eadem ecclesia, omnes et singulos ejusdem ecclesiæ proventus ab antiquo eidem annexus. Primo et principaliter aream, pro erigendo prædio, in loco qui dicitur Pasieczna Wola, et agrum alias niwa, ex opposito ejusdem areae, inter agrum Petri Brzany parte ex una, et inter agrum Pasieczny, parte ex altera, incipiens a fluvio, qui fluit de Stroża per progressum et longitudinem civilium agrorum. Et aream sive prædium in suburbio plateæ Sandomiriensis, decimam pæcunialem in Stroża, de sexaginta laneis; et in Osiaczek de quatuor laneis. In Suchynia de omnibus agris.

/.

/. In oppido Krasnik, et in suburbio, versus Sandomiriam de omnibus agris, de quolibet manso sive laneo, sex grossos communis pecuniae in regno currentis. Decimam manipularem, alias Kopszczyzna, de quolibet laneo oppidi, suburbii utriusque, et villarum nearum, eidem ecclesiae annexarum tres cassulas siliginis, unam; tritici alteram, avenae tertiam. In Wyszonka manipularem decimam, de quinque laneis a parte agri curiae meae. Item aream in oppido Kraśnik circa eandem ecclesiam, pro aedificatione domus eorum. Item pratum penes fluvium, ex opposito horti eidem ante contigui in latitudine duorum mansorum. Item pratum in Rudki et aliud ex opposito piscinae, post curiam meam in Wyszwica subtorea. Item villam Rzeczyca, molendino piscinis, agris, pratis, sylvis, gajis, rubetis, quaecelis, pascuis, domibus, hortis, et pertinentijs universis, ad eandem ecclesiam de iure more et consuetudine, quae nunc, ex antiquo habet vel in futuro quomodolibet habitura est, prout praedicta villa in suis granicebus est circumferentialiter limitata. Item oppidum Krasnik cum utroque suburbio et villis nostris. et alijs videlicet Rzeczyca plebanali, Sutów et Zakrzów, eidem ecclesiae ab antiquo annexis, sub obedientia praedictae ecclesiae ad divina audienda, et sacramenta ecclesiastica percipienda, perpetuo annectimus et incorporamus. De domibus autem oppidi praedicti et suburbiorum; villarumque nostrarum ac aliarum proxime expressarum, incolae duos grossos et denarium S. Petri, secundum quod solvi solent, eisdem canonicis regularibus solvere tenebuntur. De agris vero scultetiae in Sutów et Zakrzów de consensu reverendi patris domini Nicolai abbatis Coprivnicensium et ejus conventus decimam manipularem, iuxta antiquam consvetudinem praedicti canonici regulares tollent et levabunt. De agris vero araturae nostrae decimam, si contigat nos, vel

/.

% aliquem nostrum successorum, praedium vel praedia habe-
re, aut denuo erigere, decimam manipularem tollent. In
honorem omnipotentis Dei, ac beatissimae genitricis ejus
virginis Mariae, et beatissimi patris Augustini confessoris
et doctoris eximij ordinisque ejus sanctitatis canonico-
rum regularium fratribus, a modo in dicta ecclesia de
dicto ordine Canonicorum assumendis et existentibus
ea omnia praedicta et expressa do, dono, et confero, reali-
ter cum effectu donatione inter vivos irrevocabili atque
perpetua. Ea tamen disciplina, forma et regula ordi-
ne et observantia quibus monasterium canonicorum re-
gularium ordinis beati patris Augustini, in Casimiria
prope Cracoviam regitur, regulatur, et dirigitur. Et hoc
tam in ecclesiasticis observantijs, videlicet cantus, modu-
latione, accentuatione, oratione, contemplatione, nec
non et in habitu, quem in ecclesia in conventu et
extra conventum, per omnia gerunt, quam etiam in
omni observantia caeremonialium regularium, iuxta
ejusdem monasterij praefati statutorum positionem,
dispositionem, et consvetudinem laudabilem. Cui
siquidem monasterio corporis christi in omnibus
regularibus, ordinationibus, et consvetudinibus pro-
pter ejusdem ordinis integritatem pariter et hono-
rem ipse conventus seu monasterium in Krasnik
subjiciatur, et subiaceat, sic quod praepositus mona-
sterij Corporis christi, pro tempore existens, tanquam
ipsorum pater, a quo et derivantur, eosdem in omni-
bus corrigendis, corrigat, et emendet, sic quod ad
minus semel infra biennium, aut quotiescunque
necessarium fuerit, per se, aut per fratres suos, ad
hoc mittendos idoneos, iuxta consvetudinem alio-
rum religiosorum, locorumque visitet, ibique corrigenda
%

./. corrigat, emendando, et complanando, majora tamen ac gravia et difficillima, quae hujusmodi visitatione evenerint, et quae per se complanare non possent, vestrae Reverendissimae paternitatis, tanquam loci ordinario aut archidiacono vestrae paternitatis non derogando, ut cum omnibus reipublicae status, profectusque in recto- re capiteque consistat. Ut igitur monasterium praedi- ctum maturo prudentique possit praeposito dirigi et gubernari. In fratres monasterij praedicti, qui nunc aut pro tempore fuerint, omne juspatronatus, et prae- sentandi, quod a me hactenus quoquomodo, et ad meos successores in posterum jure haereditario per- tinet, spectatque pertinuit, ac pertinere posset et de- beret, dono, et transfundo, decernensque ad me et meos successores, quoscunque nihil juris praefati per- tinere aut spectare debere in posterum et in perpe- tuum. Sicque in monasterio, fiat libera electio, et tandem praesentatio pro omni tempore, quo mona- sterium praelibatum peressum aut decessum praepo- siti, aut quovis aliomodo vacare contingeret alium, que fratrem sui conventus eligant, si inter eos valens pro rectore reperiri possit, si autem inter se idoneum pro rectore non haberent, extunc ad patres suos ad corpus christi, tanquam ad suum nidulum, unde originem traxerunt, ipsis virum idoneum in ipso- rum praelatum, postulare debent, et ipsum sic ele- ctum, aut postulatum domino episcopo Cracoviensi pro tempore existenti, absque mea, et successorum meorum speciali requisitione, admissione, appro- batione et assensu, a modo temporibus perpetuis. libere juxta morem ordinis, et domus praefatae in casimiria praesentent ad hujusmodi praepositum in- vestiendum. Et ut in exordiali, hujusmodi novae plan- tationis fundamento praepositus et viri religiosi ac exemplares et perfecti habeantur. Honorabilem et religiosum virum dominum Jacobum praepositum et religiosos fratres monasterij Corporis christi, ex

./.

intimo cordis affectu peto, et ad hoc consummendum requiro, ut mihi certum virum et fratrem religiosum in praepositum et alios fratres, duntaxat hac unica vice inchoandum, tradant et illinc mittant. Quibus quidem fratribus corporis christi, pro praesentia do facultatem ejsdem primum praepositum eligendum, et ipsum per ipsos electum vestrae Reverendissimae paternitati praesentandum, et ad eam praeposituram perficiendum. Quare Reverendissime pater humillime, quantum valeo, rogo, ut ad honorem Dei omnipotentis, ejusque Matris gloriosae, ac beatissimi Augustini, gratiamque actionis, cultus eidem Altissimi, stabilemque meam, et meorum hujusmodi donationem, erectionem, translationem, novam fundationem, sic ut jam praemittitur, factas admittere, aprobare, nec non confirmare, gratiosius dignemini. Decretum et auctoritatem firmitatis ac roboris ejsdem apponendo, et monasterium ordinis praefati illud erigere et creare, praesentatumque ad illud investire. Caeteraque in praemissis et circa praemissa, juxta meam hujusmodi donationem ordinare, specificare et perennare, prout ad paternitatis vestrae Reverendissimae officium pertinet pastorale, ut sic devotio mea, sinceris concepta affectibus, suum in omnibus sortiatur effectum. Praemium ab ipso Jesu Christo in aevum recepturi. In quorum omnium et singulorum testimonium, sigillum meum est praesentibus in fidem veritatis subappensum. Actum et datum proxima feria quarta post Sophiae, anno ab incarnatione domini 1468. Nos igitur Joannes Dei gratia episcopus Cracoviensis, memoratus ipsius domini Joannis Rabsztyński de Tenczyn, haeredis in Krasnik, tam salubrem, et tam piam devotionem paterni affectus brachijs amplexantes, ac eundem dominum Joannem ad illam, quam proinde

./.

x sperat assequi gloriam vitae aeternae, feliciter deducere cupientes, matura intra nos deliberatione praehabita, nostrisque citationum literis in vim Tridę, ritę praemissis, ipsius ecclesiae in Kraśnik, titulum parochialis et jus patronatus extinguendum, eandem in conventualem, sive regularem, ac sub ritu monastico regendam et habendam creavimus, fundavimus, et ereximus, ac tenore praesentium in Dei nomine creamus, fundamus et erigimus, praeinsertasque literas ejusdem domini Joannis Rabsztyński in Kraśnik haeredis, in omnibus clausulis conditionibus et capitulis admittimus, approbamus, ratificamus et confirmamus, nec non ecclesiam praefatam quae deinceps conventualis esse debeat, pro dictis religiosis fratribus canonicisque regularibus ordinis beati patris Augustini ex monasterio corporis Christi in Casimiria, extra Cracoviam, ut in ijsdem praeinsertis literis domini Joannis Rabsztyński lucutentius apparet et deducitur, tunc originem recipientibus, una cum omnibus et singulis iuribus, fructibus, reditibus decimis, ac universis obventionibus et haereditate seu villa Rzeczyca antiquitus ad ipsam ecclesiam in Kraśnik, de iure, consuetudine et observantia, et alijs legitimae pertinentibus quibusvis proventibus mensae nostrae episcopalis, et aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum in nullo derogare volens, ipsisque remanentibus salvis, deputamus incorporamus, adscribimus, annectimus et inviscerамus, per ipsos praepositum tum fratres conventus sive monasterij canonicorum regularium tenendum, regendum, gubernandum et possidendum temporibus perpetuo duraturis. Proviso tamen et expresso, quod praepositus dicti monasterij in Kraśnik pro tempore existens unum vel plures, aut quod necessarij fuerint, ejusdem ordinis fratres actu praesbyteros, qui populum parochialem sibi subjectum in ritu catholico dirigant. Officiaque divina more solito compleant, ac ecclesiastica sacramenta ministrent, foveat, servet, et teneat, singularitérque praepositum eorundem canonicorum regularium, qui fuerit pro tempore, ad regendam cu-

/-

./. ram animarum huiusmodi plebis parochialis, eidem ecclesiae annexam obligari volumus et obligamus conscientiam ejus onerando, sub examine districti judicij de animabus singulis sibi commissis, Altissimo condignam valeat reddere rationem. Qui quidem praepositus pro tempore existens, tot personas in dictum conventum assumere et inibi fovere habeat, quot ex proventibus ejusdem ecclesiae commode sustentari poterint et famulari. Caeterum statuimus et ordinamus, quod quotiescumque praeposituram praeposituram praedictam in Kraśnik per ressum sive decessum, vel quovis alio modo vacare contigerit, extunc fratres, seu canonici regulares, qui in ipso conventu fuerint, pro tempore, unum de collegio ipsorum idoneum et boni testimonij virum, si inter eos reperiri non poterit. Alioquin de praefato monasterio Corporis christi in Casimiria prope Cracoviam polonicam linguam, et in ea praedicare scientem sibi, canonice eligant in praepositum et rectorem ecclesiae conventualis praedictae ac sic electum, nobis ac successoribus nostris episcopis Cracoviensibus praesentare tenebuntur, per nos vel per eosdem successores nostros confirmandum et praeficiendum in dictae ecclesiae rectorem. Qui etiam praepositus, si negligens aut remissus dilapidatorque repertus fuerit, vel quod absit, tale quid commiserit, propter quod ab ipsa praepositura esset removendus, non per alium, quam per nos vel successores nostros, servata iurisdictione, ab administratione praefatae ecclesiae removeatur. Statuimus etiam, quod praedicti canonici regulares conventus ejusdem omnia divina officia, tam diurna, quam nocturna, in eadem ipsorum ecclesia in Kraśnik, iuxta morem solitum, aliorum ejusdem ordinis monasteriorum et signanter monasterij praefati in Casimiria Corporis christi peragere sint adstricti. Item alia jura, nostrum pastorale concernentia, nobis et successoribus nostris episcopis

./.

/. Cracoviensibus, ac archidiacono nostro integre et plenarie reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum, praesentes nostras erectionis et confirmationis literas, per notarium nostrum publicum, et facti hujusmodi coram nobis scribam infrascriptum scribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli appensione jussimus et fecimus communiri. Actum et datum in Badzanczni anno Domini 1469 - indictione secunda pontificatus Sanctissimi in christo patris, et domini nostri, domini Pauli, divina providentia papae secundi anno quinto, die vero lunae, tredecima mensis Martii, hora tertiarum, vel quasi praesentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus viris dominis Jacobo de Domikowice praeposito Visliciensi, magistro Joanne, de Barchichow cancellario nostro canonico Cracoviensi, Stanislao de Kobylino decretorum doctore, plebano in Luborzyca, Joanne de Land et Joanne de Rachino, notariis nostris testibus ad praemissa. Quarum literarum nostrarum sequitur subscriptio - Et ego Joannes Andreae, de Dorbice clericus Posnaniensis diaecesis publicus, imperiali auctoritate notarius, memorati Reverendissimi in christo patris, et domini Joannis Dei gratia episcopi Cracoviensis factique hujusmodi, coram sua reverendissima paternitate scriba. Quia praedictis literarum fundationis, approbationis, exhibitionis, incorporationis, ecclesiae conventualis, erectioni parochialisque extinctioni, confirmationi, ratificationi, inscriptioni, onerum adictioni, et annexioni, aliisque omnibus et singulis praemissis dum sic ut praemittitur, agerentur et fierent, una cum praenominatis testibus, praesens interfui, eaque omnia et singula praemissa, sic fieri vidi et audivi. Ideo praesentes erectionis et confirmationis literas, sive praesens publicum instrumentum, manu mea propria, scriptum confeci, et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis, una cum dicti reverendissimi domini episcopi Cracoviensis sigilli appensione

/.

et de ejus mandato speciali consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum. Nos igitur Joannes, abbas monasterij Copriovicensis commissarius praefatus, revisis et diligenter perlectis, et auscultatis, examinatisque literis, privilegijs, et munimentis, erectioni, institutioni principalis patroni, iurispatronatus cessioni, et collationi ecclesiae parochialis praedictae in Kraśnik in collegiatam conventualemque et regularem commutationem, donationem, decimas in literis regalibus, et ipsius domini Joannis Rabsztyński, eiusdem ecclesiae descriptas et alias quascumque obventiones, quaestus, proventus, reditus, ab initio fundationis debite receptorum, datorum, donatorum, assignatorum et incorporatorum, rite debite legitime testificantibus, continentibus et approbantibus, quibus religiosa domus monasterij praefati, ab annis circiter decem et octo, et usque modo, atque in post ad amplitudinem divini honoris, immaculatae sanctae Vitae obsequio, sub regulari disciplina vivere solita sufficienter, quantum a domino in futura tempora valeat perennare et dilatari, utque tam benignum ac munificum opus illorum saluti et gloriae accomodetur — Quorum affectus et voluntatis efficere, ut in vita mortali perpetua juvaret immortalitatis praemium — nihilominus a largitore omnium bonorum Deo cessuri, quitanto gratius pietatis opera compensat, quanto largiore animo in Christi servos existant, profusa authoritate praefati Sanctissimi domini nostri, domini Innocentij papae octavi, nobis in hac parte concessa et commissa praedicti conventus sanctae Mariae in Kraśnik, erectionis, institutioni et parochiali; ecclesia in collegiatam et claustralem commutationi, per Reverendissimum in Christo patrem et dominum Joannem Dei gratia episcopum Cracoviensem, ad preces et supplicationem, generosi olim Joannis de Thęczyn

./.

/. tunc ejusdem principalis patroni, factam, concessam et admissam, cujus tenorem hic volumus habere pro insertis, ceterasque ordinationes instituta, tam regularia, quam temporalia, cum jure erectionis, juxta modum formam et ordinem superius descriptorum et expressorum, in omnibus singulis articulis, punctis, et clausulis, confirmamus, ratificamus, et approbamus, annectamus et incorporamus ac invisceramus praedicto monasterio, omnes et singulos fructus, redditus, census, proventus, iura, oblationes, dotationes, decimas, in praedictis literis episcopalibus, et ipsius Domini Rabsztynski contentas, et universas obventiones, una cum haereditate seu villae dicta Rzeczyca, juxta eorum privilegia et literas a regibus, principibus, ac alijs quibuscunque Christi fidelibus, datas concessas, habitas, tentas et observatas, annectimusque incorporamus et invisceramus per praesentes supplemus omnes et singulos defectus, si qui occasione horum, quomodolibet intervenerunt, seu intervenire poterint. Eadem auctoritate apostolica diffiniendo et decernendo. Haec et omnia singulaque, praedicta, obtinere et habere, sortirique robur, et vigorem perpetuae firmitatis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum, praesentes nostras Confirmationis, approbationis literas per notarium nostrum publicum et facti hujus modi, coram nobis scribam infrascriptum, scribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli majoris subappensione jussimus et fecimus communiri. Actum et datum in monasterio nostro Coprivnicensi anno domini 1487. Indictione quinta pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentij divina providentia Papae octavi, anno ipsius tertio, die mercurij nona mensis aprilis, horarum tertiarum vel quasi, praesentibus ibidem venerabilibus, honorabilibus, religiosis nobilibus et discretis domini Joannis decretorum doctore, ecclesiae parochialis in Koprzywnica, alberto de Tarnow custode Opatoviensi, Gregorio priore, Mathia subpriore, valentino Custode, et Mathia cantore conventus

Coprivnicensis, Ioanne de Swiechow, Ioanne de Niedrzwica et Simone de Koprzywnica, notario publico, et alijs quam plurimis, fide dignis circa praemissa. Et ego Nicolaus Petrides de Zawichwost clericus, Cracoviensis dioecesis publicus, imperiali auctoritate notarius, et coram praenominato reverendo patre domino Ioanne divina providentia abbate monasterij Clarae provinciae vulgariter dictae Coprivnicensis ordinis Cistersiensis dioecesis Cracoviensis, sacrosanctae sedis apostolicae commissario ad supra scripta, per Sanctissimum in christo patrem et dominum nostrum, dominum Innocentium divina providentia papam octavum, specialiter deputato, facti hujusmodi scriba. Quia praedictis literarum apostolicarum, praesentationi, oblationi, earundemque executioni literarum reproductioni, receptioni ecclesiae conventualis et collegiatae erectionis, parochialisque extinctioni, ratificationi, incorporationi, alijsque omnibus et singulis dum sit ut praemittitur, agerentur et fierent, una cum praenominatis testibus praesens interfui, eaque omnia et singula, sic fieri vidi et andivi. Ideo praesentes confirmationis ratificationis et approbationis literas sive praesens publicam institutionem manu mea propria scriptam confeci, et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis, unacumdo, mini Commisarij praedicti sigilli appensione, de ejus mandato speciali consignamus, in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum –

[Wierzbowski, T. 2, nr. 315, Reg.]

1494.

In nomine domini Amen. Sagax et provida humane nature racio, adeo imbecillitati memorie consuluit et providit, ut ea que oblivionis errori subiicerentur, testimonio et durabilitate litterarum ac testium fideli annotacione, perpetuitati commendaret. Proinde Nos Joannes Albertus dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, supremus dux Lithuanie, Russie, Prussie, ac Culmensis, Elbingensis, Pomeranieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium universis quibus expedit, quomodo Magnificus Amor de Tharnow Castellanus Cracoviensis, sincere Nobis dilectus, ad nostram accedens presenciam, non compulsus, non coactus, nec aliquo errore devio seductus, sed matura deliberacione ultroneaque voluntate et suorum fretus amicorum consiliis, fassus est et recognovit; quia Nobili Nicodemo de Spiczin suo servitori, habito in prospectu suis diuturnis serviciis, sibi et sue legittime posteritati villam Dzieslawicze dictam in terra et districtu Cracoviensi sitam, dedit, donavit, reformavit, et perpetuo resignavit, datque, donat, reformat, et perpetuo ac irrevocabili resignacione resignat, cum omni iure dominio et proprietate, cum omnibus et singulis kmetonibus, proventibus, redditibus, censibus, laboribus, agris, campis, pratis, prediis, orcis, allodiis, frumentis, segetibus, cunia; ortis, ortulanis, tabernis, tabernatoribus, silvis, borris, gaiis, Nemoribus, indaginibus, dumetis, quercetis, sareptis, venacionibus, aucupiis, mellificiis et melle ex eis proveniente, lacubus, fluviis, fluminibus, piscinis, piscinalis, piscaturis, piscibus, molendinis aqualicis et ventilibus, eorumque emolimentibus ac universis utilitatibus, fructibus et obvencionibus, quomodolibet ad ipsam villam pertinentibus, quibuscunque nominibus valeant nuncupari, ita longe, late, et circumferencialiter, prout ipsa villa in suis metis, limitibus et granicicbus ab antiquo extat ~~[illegible]~~ locata, situata et distincta, nihil iuris, proprietatis et dominii in eadem sibi aut suis legittimis successoribus penitus reservando, per ipsum Nobilem Nicodemum Spiczinski et suos legittimos Successores, tenendam, habendam, utifruendam, et perpetuis temporibus possidendam, commuttandam, vendendam, alienandam, et ad suos ac suorum Successorum usus beneplacitos convertendam, tenore presencium mediante, perpetuo et in evum. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Cracovie feria quarta proxima ante festum conversionis Sancti Pauli. Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, regni vero nostri anno secundo. Presentibus ibidem Illustrissimo principe, Reverendissimoque et Reverendis in Christo patribus Dominis Frederico divina miseracione Sacrosancte Romane Ecclesie tituli Sancte Lucie in septem soliis presbitero Cardinali, Gnesnensi Archiepiscopo et primate et Cracoviensi Episcopo germano nostro. Andrea Rosa Archiepiscopo Leopoliensi, Petro Wladislaviensi, Uriele Poznaniensi, Nicolao primus Przemisliensi, et Matia Chelmensi Episcopis Ecclesiarum; Nec non Magnificis, Venerabilibus et Generosis Spitkone de Jaroslaw Cracoviensi, Joanne de Pilcza Russie generali, Dobeslao de Curozwanki Lublinensi palatinis, Nicolao de Curozwanki Siradiensi, Andrea de Olesthnycza Sandecensi, Andrea de Thanczin ~~Sandecensi~~ Voinicensi, Ambrosio Pampowski Rospiriensi Castellanis, Creslao Gneznensi et Cracoviensi Decano Ecclesiarum Cancellario, Petro Thezaurario et Capitaneo Cracoviensi generali de Curozwanki, et Gregorio de Ladbancz Scarbimiriensi et Sancti Floriani in Kleparz Ecclesiarum preposito Vicecancellario Regni nostri, ceterisque quam pluribus consiliariis et curiensibus nostris ad premissa testibus, sincere dilectis. Datum per manus prefati Creslai de Curozwanki Regni nostri Cancellarii, sincere Nobis dilecti. Creslaus Cancellarius subscripsit. Relacio Venerabilis Creslai de Curozwanki prefati Regni nostri Cancellarii.—

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 29.)

1501.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Regia ac quevis Majestas, imperansque potestas consuevit, inter alia ordinarie cure ad recte iusteque imperandum incumbencia privilegiorum perhenniumque litterarum subditorum suorum et racionem habere precipuam et illorum, illarumque tenores tam ab inicio concessionum, qua ex successivis successorum roboracionibus firmissimos per nove concessionis confirmacionisque decreta efficere firmiores: quod quidem ea ipsa Maiestas etsi cunctis fidelibus suis tribuere debeat benigniter, illorum tamen privilegia emunitates libertatesque liberalius perhennare ampliareque debeat, qui summis Ecclie immo eciam divinis ipsis magistratibus immediatissimi presidentes, sicut aliis Christi fidelibus et spiritualia et temporalia commoda prebere, sic ipsis Majestatibus Regum et potestatum imperancium, ad bene feliciterque regnandum consiliis et auxiliis prestantissimis veluti quidam congubernatores non solum assistere, sed eciam Maiestatum earundem auctores esse consueverunt. Proinde Nos Joannes Albertus dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Russie, prussie, supremus dux Lithuanie, ac Culmensis et Elbingensis, Pomeranieque dominus et heres &. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris; Quomodo post felicem regiam coronacionem nostram, quemadmodum more divorum olim predecessorum nostrorum ducum ac regum Polonie, universis terris ac subditis regnicolis nostris, universorum privilegiorum, emunitatum et libertatum, per eosdem predecessores nostros eis successive concessorum concessorumque, confirmaciones dandas decrevimus, et petentibus dedimus ac concessimus graciose; sic in presenciarum (sic) debitum habentes respectum ad Illustrissimi principis Reverendissimique in Christo patris domini Frederici eadem gracia germani charissimi nostri, Sacrosancte Romane Ecclie tituli Sancte Lucie in septem soliis presbyteri Cardinalis Archiepi Gneznensis et primatis Epique Cracoviensis benevolenciam, affectum fraternum et studium ferventissimum, per eius caritatem fraternam sub vacacione Regni post mortem Serenissimi olim Regis Kazimiri nostri suique genitoris, nunc quoque et omni tempore post felicem nostram ad regnum paternum assumpcionem, nobis apertissime exhibitum et exhiberi solitum, dum videlicet felicis electionis coronacionisque nostre auctor promotorque esset singularissimus, favore fraterno suo, eam ipsam electionem coronacionemque felicem nostram, non solum promovendo, verum eciam universorum regnicolarum nostrorum vota ad suum unanime et nostre maiestatis votum atque augmentum Regium nostrum retinendo, dum denique in omnibus nostris ac Reipublice Regni nostri eventibus prosperis atque adversis, consiliis et auxiliis fraternis nobis sincerissime assistere non desistat; Quam ob rem, ut non ingrati videamur esse, fraterni favoris affectus et benevolencie eiusdem domini Frederici fratris nostri, quin pocius liberalem fraternam benevolenciam liberaliter rependere cupientes, non per errorem vel inconsulte sed de certa sciencia et deliberacione nostris, consilioque consiliariorum nostrorum universorum Spiritualium et secularium Regni nostri accedente, universa et singula, universasque et singulas, privilegia, munimenta, libertates, emunitates et litteras perpetuas et temporales sub quibuscunque modis, formis, et tenoribus, per Serenissimos et Illustrissimos olim Reges et Principes Polonie predecessores nostros et quascunque alias personas, auctoritate quacunque perpetua vel temporali fungentes, eidem domino Frederico tanquam Epo et suis predecessoribus Epis, Eccleque ac mense Epalis Cracoviensis ac eciam Venerabili Capitulo eiusque Prelatis et Canonicis, mense quoque capitulari, nec non universis aliis beneficiatis et

beneficiis Ecclesiasticis Ecclie Cracoviensis sue, simul aut divisim, coniunctim vel successive donatam et donatas concessaque atque concessas, quorum quarumque tenores perinde esse ac valere volumus, uti de verbo ad verbum presentibus nostris inserta insertique essent, quascunque vendiciones, donaciones, resignaciones, empciones, contractus, sentencias, decreta ordinaria et extraordinaria, puta, arbitria, decisiones, exempciones, libertates, emunitates, mandata, et omnis generis atque modi cuiuslibet ordinaciones, temporaliter et perpetuo duraturas in se continentes decrevimus et decernimus in omnibus eorum et earum scriptis tenoribus, passibus, divisionibus, capitulis, punctis, clausulis et condicionibus, confirmandas, roborandas et ratificandas confirmandasque, ratificandos et roborandos, prout presencium perhennium nostrarum munimine litterarum confirmamus, roboramus et ratificamus; volentes et de eorundem universorum Regni nostri consiliariorum consilio statuentes, decernentesque, illa atque illas perpetuo valituras in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus subappensum. Actum Lancicie feria sexta in vigilia Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum. Anno Domini Millesimo quingentesimo primo. Presentibus ibidem eodem Illustrissimo principe Reverendissimoque et Reverendo in Chro patribus domino Frederico Cardinali germano nostro, ac aliis Creslao Vladislaviensi et Cancellario Regni nostri. Joanne posnaniensi et Vincencio plocensi Epis Ecclesiarum, ac Magnificis Generosis et Venerabili Joanne de Ostrorog Posnaniensi, et Ambrosio de Pampow Siradiensi Palatinis, Raphaele de Leszno posnaniensi, Andrea de Zakrin Lanciciensi Castellanis, Jacobo de Schidlowiecz Thesaurario et Mathia de Drzewica preposito Scarbimiriensi viceccancellario Regni, aliisque compluribus fidedignis ad premissa testibus, sincere et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus eiusdem Reverendi in Chro patris domini Cancellarii Regni nostri sincere nobis dilectis.,—

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. 87 verso)

Alexander dei gracia Rex polonie, Magnus dux Lituanie, Russie, prussieque etc. dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris; Quia ex querela prelatorum et Canonicorum Capituli Ecclie cathedralis Cracoviensis intelleximus, quomodo ab eis decima lignorum et roborum per fluvium Visla fluitancium que ipsi prelati et Canonici dicti Capituli Cracoviensis pro necessitate sua domestica et pro edificiis emere consueverunt, exigebatur contra libertatem ecclesiarum, supplicarunt nobis, ut eosdem in ipsa libertate ecclesiastica conservare dignaremur. Nos eciam intelligentes personas ecclesiasticas ab eiusmodi exaccionibus sacris Canonibus fore absolutas, annuentes igitur divinis institutis eosdem prelatos et Canonicos de capitulo, de gracia nostra a solucione decime a lignis et roboribus prefatis, taliter per fluvium Visla fluitantibus, que duntaxat pro sua necessitate et edificiis suis comparaverint, absolvimus et liberos dimittimus perpetuo presentibus litteris nostris. Quapropter, vobis Magnifico et Generoso Nicolao de Camieniecz Castellano Sandomiriensi et Capitaneo, et Joanni Jordan de Zaliczyn Castellano Biecensi et procuratori generali Cracoviensi, ac aliis Capitaneis et Procuratoribus generalibus pro tempore existentibus mandamus districte precipientes, quatinus deinceps et in futurum a prelatis et Canonicis Capituli Cracoviensis ac a quolibet seorsum eorum, decimam a lignis et roboribus ut premissum est, illis duntaxat que pro sua necessitate domestica et edificiis, comparaverint, exigere non audeatis et quilibet vestrum non audeat, sub obtentu gracie nostre. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum et datum Cracovie feria sexta proxima ante festum Circumcisionis domini. Anno eiusdem millesimo quingentesimo tercio, presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Joanne Epo Cracoviensi, Erasmo Vitellio nominati plocensi, Nec non Magnificis, generosisque Ambrosio Pampowski palatino Siradiensi et Capitaneo maioris Polonie generali, Petro Mischkowski Lanciciensi, Nicolao de Curozwanki Lublinensi palatinis, Nicolao de Camieniecz Sandomiriensi et Capitaneo Cracoviensi, Stanislao de Chodcze Leopoliensi Castellanis. Joanne de Lasko Cancellario, Jacobo de Schidloviecz Thezaurario, Mathia de Drzewicza Vicecancellario Regni nostri, Joanne Jordan de Zaliczyn Biecensi, Stanislao de Mlodzieiowice Radomiensi, et Petro Gorski Naklensi Castellanis. Ceterisque dignitariis et officialibus nostris. Datum per manus Venerabilis Matie de Drzewicza prepositi Scarbimiriensis et Regni Polonie Vicecancellarii. Relacio venerabilis Matie de Drzewicza Regni Polonie Vicecancellarii.—

(Z Zatwierdzającego przywilej ten nowego aktu Zygmunta I. z r. 1521. Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 100.)

Końcówki nazwisk na Ski, naprzód u mniejszej szlachty, — a tu już u Magnatów Wielkopolskich w użycie wchodzą..

[Wierzbowski, T. 2, nr. 1072. Reg.] 1503.

In nomine Domini Amen. Alexander Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lituanie, Russie prussieque etc dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, Quomodo nos habentes specialem graciam erga clerum Eccl(esi)e Cathedralis Cracoviensis, volentesque eum ad maiorem devocionem et amplitudinem cultus divini promovere, dignum duximus eum speciali prerogativa prosequi, ut quanto maiori munificencia et affectu Maiestatis nostre prosequutum se fore cognoverit, tanto ferventioris devocionis desiderio pro bono statu Regni proque incolumitate Nostra ac predecessorum nostrorum salute, divinam clemenciam exorare sit astrictus: Ea propter volumus motu proprio bonis capituli Cracoviensis oppidis videlicet Pabianicze et Rzezow in terra Siradiensi sitis, certam prerogativam largiri talem videlicet: quia Incolis oppidorum prefatorum dicti capituli Cracoviensis, videlicet Pabianicze et Rzezow dedimus et concessimus omnimodam facultatem, sal minutum seu coctum de Zuppis nostris Cracoviensibus recipiendi, et per Regnum nostraque dominia ubilibet ducendi, eoque negociandi, more aliorum Incolarum Regni nostri, salvis nihilominus vectigalibus nostris ac aliis iuribus et consuetudinibus Regni remanentibus, in illis duntaxat locis in quibus sale prefato ex antiqua consuetudine vesci consuetum est, damusque et concedimus perpetuo et in evum, presentibus litteris nostris, sine tamen preiudicio et damno bonorum nostrorum regalium. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presens est appensum. Actum et datum Cracovie feria sexta ante festum Circumcisionis domini proxima. Anno eiusdem Millesimo quingentesimo tercio, Regni vero nostri anno tercio. presentibus Reverendis in Chr(ist)o patribus dominis Joanne Ep(iscop)o Cracoviensi, Erasmo Vitellio Nominato plocensi; nec non Magnificis, Venerabilibus et Generosis Ambrosio pampowski Siradiensi et Capitaneo maioris Polonie generali, Petro Mischkowski Lanciciensi, Nicolao de Curozwanki Lublinensi palatinis, Nicolao de Camieniecz Sandomiriensi et Capitaneo Cracoviensi, Stanislao de Chodecz Leopoliensi Castellanis. Joanne de Lasko Cancellario, Jacobo de Schidlowiecz Thezaurario, Mathia de Drzewicza Vicecancellario Regni nostri, Joanne Jordan de Zakliczyn Biecensi, Stanislao de Modzieiowicze Radomiensi, et Petro Gorski Nakielensi Castellanis, ceterisque dignitariis et officialibus nostris. Datum per manus venerabilis Mathie de Drzewicza prepositi Scarbimiriensis et Regni Polonie Vicecancellarii. Matias S. D. vicecancellarius subscripsit. —

(Lib. I. priv. Cap. Crac. fol. verso 88. cop.)